4 **Illud.** Excepto furto de duobus casibus no. s. eo. §. si quis autem. † durāte officio officialis inquietari non potest. et maxima pena punitur qui officiali iniuriatur officio deposito. si habuit manus puras. h. d. quod no.

Oportet. Iudices si puras manus habuerint ma gna fulgent gloria. et econtra si furta cō
5 miserint puniuntur. hoc dicit. ¶ † In gloss. que incipit vel per testes nota gloss. quomodo probari potest furtum et barataria contra officiales. nam potest probari per solum sacramentū. vt hic. Item si officialis aufugerit: vt. j. de colla. §. super hoc. Sed si officialis non aufugerit: tunc est necesse quod probe tur per testes. ita intelligitur opinio. Quis autem potest pro bare per sacramentum barataria officialis qui aufugit: quia per fugam redditus est suspectus: vt notat gloss. in lege bone fidei. C. de iureiurand. adeo quod potest ad torturam perue niri. et ita sufficit sacramentum. facit. l. admonendi. de iureiu rando.

Sciat. Ista lex facta est ad vtilitatem priuatorum sub iectorum et applaudit hic imperator subiectis. Angelus.

Oportet. Debent subiecti obedientes esse iudici bus in solutione tributorum fiscalium ad hoc vt iudices habeant materiam ipsos suauiter tractandi. h. d. notabiliter.

Itaque deo. Omnes imperio subditi deo gratias agere debent pro lege que hic imperata est quia per eam patriam secure habitant proprias faculta tes firmas habent et iudices vtuntur iustitia. oppressiones despiciunt et fisco solum tributa reddere deo.
6 ¶ † In tex. ibi de dignitate nota quod princeps non debet se qui vestigia predecessorū cum sint mala: sed ab eis abstinere de bet. Item nota ex isto textu quod non potest quis iuste incre pare alium de delicto quod ipse committit. Et sic est argumen tum ad questionem dicit statutum quod si gabella non fuerit soluta de contractu quod non possit peti executio contractus. modo ille contra quem petitur contractus executio obiicit agenti de gabella non soluta agens replicat excipienti quod nec ipse soluit gabellam de ipso contractu. sic nec sua exceptio debet admitti. quoniam non potest ipsum increpare de eo qd incidit. vt hic cum legibus supra allegatis. Et quia non de bet vti beneficio legis qui in legem committit. vt in regula iu ris et hoc credo verum si statutum propter gabellam non solu tam vult tantum agentem repelli secus si statutum annullet contractum: quia tunc exceptio nullitatis non opponitur con tra personam agentis sed contra ipsum contractum merito deberet tunc excipiens audiri. pro quo facit optime. l. si nō fue rit. ff. de iureiuran.

Quod autem. Preses prouincie punire debet omnes in prouincia delinquē tes et nulli fori prescriptionem admittere. nisi ei cui competeret ex priuilegio in iuris corpore non incluso. h. d. Ideo autem dixit in corpore: quia si esset inclusum in corpore vt est pri uilegium clerici et magistri militum et similium personarum: tunc ipsi puniri non debent: sed ille cuius est iurisdictio secun dum Azo. sed Bul. fuit in contraria opi. vt hic in gl. sed opi. Azo. est vera. et approbatur. j. vt omnes obed. iudi. §. si quis. et C. vbi de crimi. agi opor. auth. qua in prouincia. ¶ In tex. ibi sed omnes similiter. not. argu. quod si papa concedit priuilegiū episcopo perusino cognoscendi de criminibus maleficiis com missis in sua diocesi per quosdam clericos non obstante pre scriptione fori quod per hanc concessionem omnis potestas in episcopum dicitur esse translata super cognoscendo de malefi ciis predictis adeo quod episcopus cognoscere poterit con tra clericos delinquentes per priuilegium exemptos a iurisdi ctione episcopi perusini. an si priuilegium sit inclusum in cor pore iuris. vt in iuribus. s. allegatis.

Scientes. Si preses neglexerit facere que dicta sunt supra de penis hic insertis puni
7 tur. hoc dicit. ¶ † In textu ibi aut latrones not. contra pote states terrarum vt non possit mittere per castra vel villas subditas cum notis, aliquos officiales ad inlectandum ma
8 lefactores ne per istos executores maleficia committantur et commissa occultentur. ¶ † Sed an potestas ipse pos sit iubere

sit iubere familiaribus suis vt capiant certum malefactorem antequam constet sibi plene de crimine. videtur quod non. Unde non est incipiendum a captura cum hic executio personalis et ab executione non possit incipi vt. l. nimis propere. C. de exe. cu. rei iudi. ¶ In contrarium dicit tex. in c. si clericus. de sen. ten. exco. lib. v. Dic breuiter aut potestas vult facere capere malefactores ne fugiant eo quod suspecti sunt propter fugam vel criminis enormitatem vel propter conditionem persone vel propter pene grauitatem et sic potest incipi a captura: vt dicto c. si clericus. Si autem in causa ciuili potest quis debitorem suspectum vel fugitiuum autoritate propria capere vt in §. necessitatem. l. eo. et in iuribus que ibi allegantur quanto magis in criminibus debet propter timorem fuge licita esse captura certe multo magis pro hoc optime facit. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confugi. Si vero vult etiam facere capi, non ob. ne fugiat sed vt exequi possit suam sententiam tunc cum captura sit preparatorium ipsius iurisdictionis imo sit executio personalis non poterit incipi a captura: vt dicta lege nimis propere. ¶ Fallit vbi malefactor reperiretur in crimine quia tunc ratione criminis flagrantis licitum est capere: vt. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. et l. §. prox. eo. titu. lege
9 qui in seruitute. §. vna cum. l. sequenti. ¶ †An autem per capturam dicatur preuenta iurisdictio sicut per processum dico quod sic cum captura est licita et hoc tenet Joan. an. in c. j. de obl. ad ratio. in nouella pro hoc facit. l. naturaliter. ff. de acquiren. re. do. que omnia bene no. quia sepe de facto possunt euenire.

Interdicimus. Nullus iudex potest in prouincia destinare latrones raptores violentiarum inhibitores nec alios armatos. Iudex contra faciens inobediens penis insertis hic punitur.

Oportet. Iudices non debent administrationem eis concessam abuti contrafacientes penis hic insertis puniuntur. hoc dicit. Et non debent recedere de patria post finitum officium ante lapsum quinquaginta dierum quod si fecerint et si fugerint possunt reuocari vbicunque
10 sint. ¶ †Nota ex isto tex. cum vicio. §. necessitatem. l. eo. quod semper officialis debet stare quinquaginta diebus ad syndicatum quod intellige nisi aliud in literis electionis contineatur: quia tunc pactum seruandum est. et ita de consuetudine seruatur.

Iusiurandum. Iudices debent in prouinciis iurare coram episcopis. si non sint persone nominate. l. eo. §. igitur. et in omnibus primatibus qui ibi sunt debent etiam cauere de tributorum inculpabili exactione. hoc dicit. ¶ Nota ex ista glos. hic posita in quibus manibus iurant officiales et potestates terrarum sibi ac-
11 tio. aes idem actus et potestates administrandi vt hic. Et †nota quod potestas non habet iurisdictionem incontinenti cum ingreditur ciuitatem sed postquam iurat et administratio sibi decernitur vt hic.

Posita. Lex ista habet locum in futuris administrationibus preteritis vero non. et hec lex debet apud omnes solenniter publicari. hoc dicit.

Exemplar. No. hunc tex. pro testibus quorum testimonium reperitur scriptum in hac forma vel talis dixit. et. l. nam per omnia identitatem important.

¶ Iusiurandum quod prestatur ab his qui administrationes accipiunt. Rubrica.

1 ☞ Iudei non possunt per deum iurare: nec iudices vel tabelliones esse.
2 Uerbum visum: ad quid referendum.
3 Iurans vel promittens iudicare prout sibi videbitur et partes sibi concedant: non tamen per hoc iudicare poterit contra debitum iuris.
4 Esculenta et poculenta an iudex possit recipere.

Iuro ego per deum. Tria facit hec constitutio. Primo ponit substantiam iuramenti. Secundo ponit capitula que sacramentum continere debet in se. Tertio ponit penam iudicum hoc non obseruantium. secunda ibi iuram. tertia ibi si quis autem. Et istud
1 cedat loco summarij. ¶ †In glo. que incipit per hoc verbum
a no. quod iudei non possunt per deum iurare nec et iudices esse nec tabelliones. nam etiam in instrumento debent poni anni domini vt. l. vt prepo. nomen impera. in princi. et. l. generali. C. de tabu. li. x. nec etiam exercere aliquod officium in cuius inceptione dei nominis inuocatio sit necessaria. ¶ Et no. de isto
2 nomine germanus quia ex eodem germine. ¶ †Et no. hoc verbum visum quod debet referri ad visum intellectus non corporis cum referri non possit. vt. l. non distinguemus. §. si arbiter. ff.

3 de arbitris. ¶ †No. ex isto tex. quod licet quis iuret vel promittat iudicare prout sibi videbitur et partes sibi concedant non a tamen per hoc iudicare poterit contra debitum iuris iuncta glo. ad istam literam pro qua facit. l. ij. et. l. fide. commissaria. §.
4 quiquam. et. l. thaia. §. sororem. de fidei com. lib. ¶ In glo. que incipit. vt tamen. No. ex hac glo. an iudex possit recipere esculenta et poculenta nam non potest ex quo salarium est tantum quod sufficere potest.

¶ Ut ecclesia romana centum annorum habeat prescriptionem. Rubrica.

1 ☞ Extraneus possidens bona fide cum titulo prescribit spatio. x. annorum.
2 Prescriptio non currit contra romanam ecclesiam nisi centum annorum.
3 Ecclesia romana prescribit etiam contra priuatum cum minori spatio quam. xl. annorum.
4 Priuilegium nunquid concedi possit quod contra ecclesiam romanam non currat prescriptio nisi centum annorum.
5 Possessor malefidei nullo tempore prescribit.
6 Dominium directum non queritur per prescriptionem vtile vero sic.

Ut legum. Contra ecclesiam romanam et ei subditas ecclesias non prescribitur nunquam spatio centum annorum et contrafacientes hac. l. puniuntur. h. d. totus titulus. Primo ponit prohemium vsque ibi cum enim. Ibi ponit statutum vsque ibi omnibus. Ibi ponit penam iudicum contrafacientium vsque ibi hanc. l. inter sacratissima vasa reponi vsque ad finem ¶ In glos. que incipit romana in fi. No. omnes differentias inter romam antiquam et ciuitatem constantinopolitanam et an ciuitas constan. gaudeat priuilegiis quibus gaudet ciuitas romana.
¶ In glo. que incipit. xl. annis in fi. Idem no. in d. l. cum no-
1 tissimi. et. C. si aduer. cre. l. ij. ¶ †Et hic dicitur quod extraneus possidens bona fide cum ti. prescribit spatio. x. annorum. et. xx. inter absentes locum habet mortuo debitore. secus si debitor viuat. vt. d. l. cum notissimi. §. illud. de prescrip. xl. anno. Ibi que sententia nobis placet. hec vera scilicet quod contra ecclesiam romanam non currit nisi prescriptio centum annorum. vt in. §. per temporalem. C. de sacrosan. eccle. l. vt inter. et auf. quas actiones. et extra. de prescrip. c. de quarta. et c. auditis. nisi ecclesia contra quam prescribitur esset proprium matrimonium ecclesie romane. et de horto dicte ecclesie vt sunt omnes ecclesie marchie et ferrarie. et hoc modo sentit glos. l. eo. super verbo petri
2 quod diligenter not. ¶ †Item dixit contra romanam ecclesiam non currere prescriptionem nisi centum annorum intellige vbi de antiquo currebat prescriptio. xxx. vel. xl. annorum. nam in prescriptione triennij vel quadriennij iura antiqua remanent incorrecta alias esset dicere quod nulla res mob. huius ecclesie romane possit vsucapi minori spatio annorum centum quod est falsum et contra tex. auf. quas actiones. Item hoc est verum quando contra ecclesiam romanam non prescribitur minori spatio centum annorum preterquam in duobus casibus in quibus annalis prescriptio sufficit. vt no. gl. in d. auf. quas actiones. et istud est verum de iure ciuili: sed de iure canonico adhi-
3 betur distinctio. vt in c. ij. de prescrip. lib. vi. ¶ †Scias tamen etiam quod per ecclesiam romanam prescribitur etiam contra priuatum cum minori spatio quam. xl. anno. Item etiam per ecclesiam romanam non prescribitur minori spatio. xl. an. contra aliam. vt d. c. de quarta. et d. c. ij. de prescrip. lib. vi. Si tamen contra ecclesiam romanam per aliam ecclesiam sunt prescriptum potest ecclesia intra quadriennium petere se restitui vt not. glos. in d. auf.
4 quas actiones. vt per Jo. an. in d. c. auditis. ¶ †Sed tunc videndum est an possit concedi priuilegium quod non currat ei prescriptio nisi centum annorum ita determinat glo. in d. auf. per quod dico quod etiam per pactum non potest fieri id quod non potest fieri per legem. vt in Rubrica de decre. decur. quod partes non poterunt per pactum pacisci vt nulla eis obsit vel currat prescriptio sed bene possunt pacisci vt eis non currat prescriptio nisi centum an-
5 norum. ¶ †In tex. ibi omnis prescriptio tollitur. intellige quando possessor est male fidei. quod tunc nullo tempore prescribit vt in c. possessor. de reg. iur. in. vi. Sed quando est bone fidei: tunc etiam de iure canoni. currit prescriptio. vt. d. c. auditis. et dicto
6 c. de quarta. ¶ †In gloss. que incipit per hoc. Not. ex ista glo. dominium directum non queri per prescriptionem:[b] sed vtile sic de quo per glo. in d. l. si quis emptionis. et est tex. in. l. si. ff. de aqua plu. arcen.

a ¶ No. ex hac glo. quod Bart. in rubr. ff. de iurisiur. quod iudex non potest eligere tutor. prout quia tenetur iurare. l. fi. C. de admi. tu. facit quod voluit Bal. in c. j. §. nec sacramenta. de pace iura. fir. in vsi. feu. quod iudex non gaudet beneficio c. quamuis. de pac. lib. vi. quia iuramentum non cadit in iudicem.

b ¶ Uide quod no. in c. cum contingat. de deci. et facit quod legitur et no. in c. cum ec. de ec. pos. et proprieta. et quod no. Bal. in. l. locationes. C. loc. Bar. in. l. ij. ff. de vsuca. et in. l. tra. C. de pac. et in auf. nisi. C. de bo. mat. Abb. in rub. de prescrip. in. ij. co. inuec. aduerte tamen tenet quod dominium directum non acquiratur per prescriptionem. et istud tenet Bar. in auf. nisi tricennales. C. de bo. mater. glo. in verbo dominium. insti. de vsuca. glo. ij. in. l. traditionibus. C. de pac. et ibi Bar. circa prin. et ibi etiam Bal. et Salyce. in tit. et v. col. glo. in l. si quis. ff. si seruit. vendi. Spec. in ti. de prescrip. in prin. Bart. in. l. i. ff. de vsucapi. Jo. and. in regu. possessor. de regu. iur. li. vi. Jo. de imo. in c. si. de prescrip. in ver. an autem. per prescriptionem archi. in c. seruitia. xviij. q. ij. Felx. in. d. rub. de prescrip. versi. directum dominium.

¶ De referendarijs sacri palatij. Rubri.

Cum alijs. Referendarij nõ debēt esse nisi octo ꝛ null⁹ debet supplicare principi vt numerus augeatur ꝛ contrafaciens pena hic inserta punit. Qui autem sunt in numero vltra octo priuari non debent. h.d. totus titulus.

¶ De incestis ꝛ nephariis nuptijs. Rub.

1 ¶ Filij debent alere parentes.
2 Nuptie quot modis dicantur illicite.
3 Maleficium heresis est grauissimum crimen.
4 Constare prius debet de delicto quam bona auferantur.
5 Fructus officij tabellionatus consistit in instrumentorum confectione.
6 Bona damnatorum ad mortem non debent publicari excepto crimine lese maiestatis.
7 Errans non excusatur in iuregentium.
8 Mulier excusatur propter ignorantiam iuris ciuilis vel iurisgentium.
9 Consanguinei dicuntur de genere.
10 Mulier semper presumitur ius ignorare.
11 Pater dicitur filijs incestuosis facere iniuriam.
12 Filij incestuosi quod succedant cum legitime procreatis qualiter intelligatur.13.
14 Filij ad hoc vt legitimentur per sequens matrimonium necesse est quod interueniant instrumenta dotalia.

Pro incestis. Primo corrigit legē antiquā.l. scilicet.l.incestus.C. de incest. nup. Secundo nouam.l. statuit puniendo incestas nuptias ꝛ nepharias contrahentes certa scīētia siue sit masculus siue femina. Secūda ibi sancimus igitur. ¶ In tex. ibi confundat. Not. patrem incestas vel nepharias nuptias contrahentem confundere suam sobolem.
¶ In tex. ibi caste viuere. Not. quod licet nuptie doceant hominem caste viuere tamen nuptie nepharie sunt contra casti-
1 tatem. ¶ † In tex. ibi pascentes. Nota filios debere alere parē-
tes. Sed posset queri vtrum filius possit patrem bannitum occidere ꝛ hic est textus qꝺ non. nam licet bannitus sit pater. tamen remanent sui filij qui debent alimenta prestare vt hic. pro hoc facit.l.1.C. de recep. quod intellige nisi pater sit damnatus de crimine perduellionis.ff. de relig.l. minime. q2 tunc occiditur. ¶ In glo. que incipit illicitas ibi nec obstat. Not. ex ista gl. ꝙ non est bonum argu. Rubrica nihil dicit de hoc ergo nec lex sub rubrica situata debet de hoc dicere. Nō. quandoq3 generalior est tex. ꝙ rubrica. In dubio tamē lex semper debet intelligi vt loquatur secundum materiam in qua situata est: vt.l. imperatores.ff. de in diem addic. No. ex ista glos. qꝺ quando rubrica sit generalior quam sit tex. quod arguere possumus rubricam: vt.C. de relig. in rubrica ꝛ in proemio lib. vj. de regu. iur. dicit rubricas esse de text. adeo quod scriptor qui pro-
2 misit scribere text. tenetur scribere rubricas. ¶ † In ea. gloss. in fin. Nota quot modis dicantur nuptie illicite ꝛ hec opi. vera est scilicet quod hic titulus locum habet in nuptijs generaliter illicitis. ¶ In gloss. que incipit. Sed nunquid ibi mox. Nota doctrinam quod vbi lex dicit aliquem priuari iure suo quod intelligitur ipso iure absq3 sententia. Et per hoc dico qꝺ licet verbum futuri temporis priuationem inducens intelligatur vt inducat priuationem demum lata sententia: vt.l. in criminali.C. de iuris. om. iudic. ꝛ.l. iubemus.§. sane. de sac. sanctis eccle. hoc est verum nisi ibi sit dictio mox vel statim vel in continenti quia tunc intelligitur ipso iure non autem per sententiam enim sententia non possit dari mox statim vel incon-
3 tinenti: vt.l. ij.C. de iuris. om. iudi. ¶ † In ea. glo. ibi sed respōderi. hec responsio non est bona ꝛ maleficium heresis grauissimum crimen est sicut qui committit crimen illicitarum nuptiarum vt.l. quicunq3. hic allegata. ꝛ tamen dico quod sententia est necessaria. Unde dicas quod in.ll. contrarijs non est necessaria sententia quod agēs efficiatur dominus: quia dominus est sed est necessaria sententia ad hoc vt declaretur dominus ad hec vt executio possit fieri: vt.l. ex diuerso.§.1. de rei vendi. ꝛ
4 l. loci corpus.§. si queratur.ff. si ser. ven. ¶ † Ex predictis dico quod si statutum dicat qꝺ quicunq3 commiserit homicidium sit suis bonis ipso iure priuatus vel quod notarius sit ipso iure priuatus notaria pro commisso homicidio licet homicida priuatus sit ipso facto. tamen bona non possunt auferri sibi nisi primo condemnetur de homicidio quia oportet prius constare per sententiam quam bona auferāntur ꝛ. vt.d.l. eius q
5 delatorem. de iure fi. hic in glo. alleg. ¶ † In ea. glo. ibi quo ad fructus per istam glo. iuncta.l. etiam hic alleg. in glos. dic quod si statutum dicit quod tabellio falsum committens sit priuatus ipso tabellionatus officio quod etiam ante latā sententiam contra eum non poterit instrumenta conficere: quia conficere instrumenta est fructus tabellionatus officij: sed ex quo statutum ipsum priuauit officio iure priuauit eum fructu ipsius officij qui consistit in instrumentorum confectione. Et idō instrumenta per eum facta post eius falsitatem commissam non valent nisi forte tenerent propter publicam vtilitatem ꝛ communem errorem vt fuit in barbario: vt.l. barbarius. de of-
6 fic. preto. ¶ † In glos. que incipit camere. in fi. hec vera. scilicet per dictum.§. vt nulli iudicum. vnde sumitur autent. bona damnatorum. ad mortem hodie statuitur quod bona damnatorum ad mortem vel qui perdunt libertatem non debent publicari excepto crimine lese maiestatis: sed ascendentibus descendentibus ꝛ consanguineis traduntur sed quando quis non damnatur ad mortem ꝛ bona sua propter delicta veniūt publicanda omnia iura ꝛ leges remanent incorrupte nec corriguntur per dictum.§. fina. i. vt nulli iudi. ꝛ.d. aut. bona. ꝛ ita etiam in casu proposito quod cōtrahens nuptias incestas nō damnatur ad mortem nec perdit libertatem: licet exulet ꝛ bona sua omnia publicantur. Et not. istam limitationem que est bona. ¶ In glo. que incipit ex hoc verbo collige. ¶ Not. qꝺ vbi lex requirit scientiam in maleficijs committendis ad hoc vt puniantur ꝙ error in iure ciuili mero excusat a pena illius legis, vt hic. pro hoc.ff. de iurisdictione omnium iudi.l. si quis
7 id quod.§. doli mali. ¶ † In ea. gl. ibi iure gentium. no. nullū excusari errantem in iure gentium, nisi excusetur ratione etatis vel sexus, vt.j. patet. in iure vero ciuili ignorantia non ad-
8 mittitur, vt.l. ij.ff. de in ius vocan. ¶ † In ea. glo. ibi sed femine. nota, mulierem excusari propter ignorantiam iuris ciuilis vel iurisgentium a pena que scientibus tantum debet infligi.
9 ¶ † In glos. que incipit consanguineis. no. istam gl. illos esse de genere qui sunt consanguinei. Et per hoc patet ꝙ si filio meo substitui omnes de genere meo si decesserint sine filijs quod virtute huius institutionis vocantur omnes mei consanguinei. nam de genere sunt omnes qui consanguinei sunt.
10 ¶ † In glo. que incipit semper nota ex ista glo. mulierem semper presumi ius ignorare virum semper presumi ius scire nisi sit minor. xxv. anno. vel sit rusticus quia tunc ratione minoris etatis vel rusticitatis presumitur ius ignorantie.

Quod vero. Hec lex ꝛ eius pena locū habet in futurum nuptie vero incestevel nepharie vel illicite ante.l. hanc contracte ꝛ dissolute nullam penam merentur. Sed si post hanc.l. durauerint. ꝛ intra biēnium reuera dissolute fuerint ꝛ soli liberi ex dictis nuptijs supersint tres partes bonorum filij predicti percipiant quartam vero fisco applicēt sed si supersint filij ex matrimonio legitimo tūc tres partes substantie habent filij legitimi quartam partem incestuosi quod locum habet in successione ꝛ testamento ꝛ ab intestato. hoc dicit. secundum veram lecturam: Sed secundū aliam non debet poni casus in isto.§. quod filij incestuosi siue soli sint siue sint cum legitimis tres partes debent habbere inter omnes quarta vero pars semper fisco debet applicari. Sz istud videtur contra mentem litere si bene inspiciatur. ¶ In text. ibi singulariter nota, illud dicitur fieri singulariter quod sit ficte ꝛ non secundum veritatē facit.C. plus vale. quod agi. per totū. ¶ Item no. hic casuz in quo filij incestuosi succedūt patri ex testamento ꝛ ab intestato siue sint soli incestuosi siue le-
11 gitimi. ¶ † In tex. ibi iniuriam. no. patrez dici filijs incestuosis facere iniuriam ꝛ merito ꝛ. h.d. quia alendi non sunt, vt in aut. licet.C. de natu. libe. ꝛ hic in glo. no.

12 **Hoc eodem.** ¶ † Quod dictum est in precedenti.§. de filijs incestuosis succedentibus vna cuz legitimis procreatis ante incestuosos habet locum etiaz cum post incestuosos legitimi procreantur ꝛ dos debet restitui vxori: ꝛ si. intra biennium supra statutum nuptie incestuose nō dissoluantur, ꝛ vir propria substātia ꝛ filij ex eisdē nati nihil ex eorū substātia cōsequunt. Sed si supersint legitimi ex alio matrimonio, eis tres partes conceduntur, et quarta fisco, sed si filij legitimi nulli supersint tota substantia fisco applicatur. h.d. cum.§. seq. ¶ In tex. ibi per omnia not. quod dicit per omnia parificari ꝛ tamē differunt in eo in quo glo. hic dicit similiter dicit.ff. de lega.1.l.j. quod not. quia facit ad multa.

13 **Dubitatum.** ¶ † Si libertis legitime procreatis pater concubinam habuerit cū qua matrimoniū cotraheret ꝛ eam acceperit postea in vxorem confectis

uem confectis dotalibus instrumentis liberi inde procreati an te instrumentorum confectionem dotalium vel postea sunt le gitimi. et vna cum legitimis ad hereditatem vocentur quod locu habet etiam si post eos patre vxorem assumpserit et ex ea fi
14 lios legitimos procreauit. h.d. ¶ †No. ex tex. iuncta gl. q quo ad hoc vt filii legitimentur per sequens matrimonium necesse est q interueniant instrumenta dotalia. Item q ille potuerit eam legitime in vxorem accipere. et hoc quantum ad illos vt effi ciantur legitimi. Sed ad matrimonium perficiendum instrumen ta non requirunt quia nuptias non concubitus nec instrumen ta. sed consensus facit. l. nuptias. ff. de re. iur. et hoc sentit gloss. ¶ In tex. ibi moritur. no. de hoc verbo. nam videtur q sit di rectum. nam directe moritur filio pater non per obliquum.

Collatio tertia.

¶ De lenonibus. Rubrica.

1 ¶ Ciuitas licet per priuilegium speciale habeat potestatem imponendi vectigalia et gabellam: tamen non potest impone re gabellam mulieribus in lupanari existentibus.

Vt antiquis. Primo ponit suum proemium. Secun do quosdam actus illicitos quos agebant le nones. Tertio ponit suum statutum in quo vult mulieres caste viuere et per quod punit tales lenones. Quarto punit prebentes do mos lenonibus. Quinto annihilat omnem cautionem expositam per iuuenculas lenonibus. Sexto infert ex predictis velle mu lieres caste viuere. Septimo ponit rationem quia vult mulie res caste viuere. Octauo ponit cui vult vt scribatur hec. l. ii. ibi agnouimus. tertia ibi sancimus. quarta ibi si quis autem. quinta ibi si quis autem conscriptionem. sexta ibi mulieres itaque. septima
1 ibi credimus. octaua ibi scriptum exemplar. ¶ †In tex. ibi oc casionem est in ac. iste tex. quod licet ciuitas per priuilegium spe ciale habeat potestatem imponendi vectigalia et gabellam ta men non potest imponere gabellam mulieribus in lupanari exi stentibus quoniam illud lucrum nephandissimum est.

Sancimus. Nulli licitum est inducere sub fidu cia causa pascendi mulierem ad lu panam. vt ipsam constituere publice possit et fideiussionum da tio que a tali muliere emanauerit nullius est momenti nec de bent mulieres decipi ornamentorum vel vestium datione vt ad luxuriam deducantur. et si quid eis datum sit recipienti po terit contrafaciens capitis pena puniri. Et qui lenoni domum prebuerit penam quinquaginta librarum auri sustinet. Et de cet mulieres in castitate viuere quoniam per ea fit reipub. ma ximum incrementum et omnia imperio prospera conferuntur h.d. vsque ad fi. ¶ In tex. ibi animas presentare. no. istum text. quod sola castitas est illa que facit animam coram deo presen
2 tari.ª ¶ In tex. ibi pascere. no. contra publice pascentes mu lieres meretrices in domo et publice prostituentes. ¶ †In tex. ibi inuitas. no. quod obligatus ad aliquid faciendum honestum vel inhonestum si illud sic intelligitur inuitus facere timore obligationis. ¶ In tex. ibi confundere. no. mulierem que pu blice prostituitur castitatem suam confundit. ¶ In tex. ibi et inuite sustineant. no. hic arg. ad questionem. dicit statutum q quicunque mulierem adulterauerit vel prostituit inuitam pena capitis puniatur. si autem volentem pena centum librarum. Modo accusatur titius quod adulterauit seiam ipsam deci piendo cum auri datione. an puniatur tanquam inuitam adul terans an tanquam volentem. Et hic videtur casus quod tan quam inuitam. nam propter deceptionem dicitur adulterium committere. ¶ In tex. ibi extra hanc. no. homines pestiferos et castigatis guastatores debere expelli de ciuitate. No. in si. con tra locantes domos meretricibus et lenonibus. Et no. in hoc titulo de verbo castitatis.

¶ De defensoribus ciuitatum. Rubrica.

1 ¶ Ciues habitantes rure et rustici non debent assumi ad ea que intra ciuitatem explicantur.
2 Confirmans dicitur dare.
3 Acta officialis posita in archiuo publico debent exhiberi vni cuique petenti.
4 Malefactor an possit capi antequam constet de crimine.

Nisi. Ponit quomodo nomen defensoris et ipsorum officialium conculcatum est et quomodo homines viles ad tale officium deputan tur et inhonesti quorum officia elusoria videban tur. Secundo ponit quedam gesta per pristinos de fensores antequam istud. l. cederet quamque prohibet ex ceptio quamque nulla fides ei adhibet. Tertio ponit quomodo impera tor vult q hodie defensores ciuitatum habeant illam potestatem quam habebant antiquitus et potestatem iudicum honestorum et maxime preside a prouincia absente. Quarto ponit q nulli licitum est defensorum officium recusare. Quinto de modo eligendi de fensorem. secunda ibi que vero. tertia ibi nos igitur. quarta ibi interim illud. quinta ibi secundum articulum. In tex. ibi no mine significatiuo no. quod in dubio nomen est significatiuum rei. Et ideo in vulgari dicimus nomen est consequens rei. ¶ In gloss. que incipit per vilissimum. not. istam gloss. contra potestates et contra officiales qui captant causam contra viles. prout facit lupus agno in turbatione aque. ¶ In tex. ibi ar chiuum. no. ex isto tex. quod si statuta dicant quod omnia acta potestatis et capitanei debeant reponi in archiuo publico et re periantur acta potestatis siue capitanei apud aliquam perso nam que non fuerit in archiuo posita quod ista nullam faciant fidem. ¶ In glo. finiant. no. quod officium defensorum est fer re sententiam inuitis partibus. ¶ In text. ibi nobilibus. not. de isto nomine nobiles. de quo per Bar. in tracta. de nobilita te quem ponit in. l. i. C. de digni. li. xii. et vide quod no. in. l. muneris in prin. ff. de mu. et hono. ¶ Item no. istum tex. q statuta ciui tatis dicentia q nullus nobilis possit esse decurio. sunt omnino contra dispositionem iuris communis. q magis est dandum istis nobi
1 libus istud officium quam popularibus. ¶ †In tex. ibi habitato ribus. no. istum tex. contra ciues habitantes in rure. et contra rusti cos qui non debent assumi ad ea que intra ciuitatem explican tur. et ideo non debent in decuriones assumi. ¶ Item no. istum text. quod si aliquis creatur decurio. qui se non potest excusare pretextu militie. nam decurio hodie ciuitatem defendit. sicut de fensor hodie excusare se non posset.

¶ Nota modum eligendi defensorem

Decetero. Eligentes defensorem iurant omnia secundum le gem et ius agere. confirmatur vero defen sor a prefecto et eius administratio durat solo biennio nec po
2 test a preside remoueri. h.d. ¶ †In tex. ibi datur. no. q ille qui confirmat dicitur dare. Vnde episcopus qui eligitur per canonicos et confirmatur per papam non dicitur creatus a canonicis. sed a papa. et pro hoc facit. l. legem. de verbo. signif. et. §. qui. mo. natu. effi. leg. §. licet. ¶ Item no. ex isto tex. quod si officialis per vnum eligatur per alium confirmatur. et talis officialis committit crimen propter quod debeat remoueri non per eum qui eligit. sed per eum qui confirmauit. per hoc no. quod officialis castrorum communis perusii quos potestas et capitaneus eligit et priores confirmant. non non poterit potestas et capitaneus remouere sed priores vt dixi in gl. que incipit omnes enim. ¶ In text. ibi minorem litem. not. hic expressum q si statutum dicit q de litera decem libris supra fiat compromissum. quod lis dicitur a decem libris supra habito respe ctu ad quantitatem que petitur. vt sic causa veniat ad compromissum sed si postea reperitur actorem vltra decem libras petiisse ad hoc vt compromitteretur punitur in hoc. q condemnabitur in sumpti bus licet in principali causa obtineat de certa parte litis. non tamen per dit ex hoc quod plus petierit pro eo cautionem de pluri non exigat ª quod est necessarium ad hoc vt actor damno litis afficiatur. vt. l. vnica. C. de plus peti. ¶ In tex. ibi studio. no. verbum ad statuta di centia si quis studiose edificauerit in muro communis importat hoc fraudem et maliciam per hunc tex. ¶ Et no. hic casum in quo victor condemnatur in expensis victo. Idem no. in. l. properandum. §. i. C. de iud.

¶ Presentari. fa cit ad hoc. §. cum igitur. B. de non alie. vel. optimus. et. §. quantum. j. quomodo opor tet epi. et extra. de vo. rede. c. i. et. xxx. dis. c. hoc autem. et c. hospitiorum. et c. seq. cum si. et de probat. c. causam. ad fi.

Si vero egerit. Si qua iniuria fuerit defen sori commissa per eos debet eam vlcis ci et si fuerit negligens ex ea quatur eam prefectus. Et si defen sor decesserit alius in loco eius surrogabitur prestito iuramen to secundum modum scriptum et confirmabitur a prefecto. h.d. ¶ In tex. ibi licentiam. no. ex isto verbo q si attributa est specia lis potestas capitaneo vlciscendi iniurias illatas inferioribus officia libus q si in vlciscendo negligens est q eas poterit vlcisci potestas.

Precepta. Deputari debet vna habitatio de publi co in qua acta publica defensoris de ponantur et deputari vnus custos ad hoc. vt acta non corrumpan tur et velociter inueniantur a querentibus ea. Item defensor nihil pro administratione dabit. Sed ciuitates maiores presidi pro defensoris administratione dabit aureos quatuor minores aureos tres salaria vero sua de publico consuetudinem percipiet. h.d. ¶ In tex. ibi recondere. no. hic tex. q officialem communis debet assignari in communi acta et libros recondere ipsos in archiuo pu

blico.vt.§.e.§.1.ꝛ hic. ¶ Itē no.hic ꝙ de iure cōi ille qui sup-est archiuo publico hꝫ hanc potestatē ꝙ dꝫ facere ꝙ acta non corrūpantur ꝛ ꝙ inueniri ea a querentibus possint. Item no. ꝙ ille qui supest archiuo publico apparet massarius siue camerarius seu seruus… [text partly unclear] ¶ † In tex.ibi requirentibus no.ꝙ omnia acta officialis posita in archiuo publico debent exhiberi vnicuiqꝫ petenti lꝫ alias antequā reponantur in archiuo nō possint petere copiam nisi tantū ab illo cuius interest.de hoc est tex.ius cū glo.in.l.i.§.1.ff.de iure fisci.

5

Audient. Defensores cognoscunt d criminibus leuioribus ꝛ castigant committentes vero crimina maiora possunt capere ꝛ in carceribus detrudere et ad prouincie presidem destinare solicitudo presidis multum leuiatur.hoc dicit. ¶ In tex. ibi leuiora que dicātur crimina leuiora.dic vt no.ff.de accusa.l.leuia.ꝛ ibi per docto. In text. ibi detrudent ex hoc patet missionem in carcerē non esse nec meri nec mixti imperij nec etiam capturam vt hic patet. Nam defensor non habet nec merum nec mixtum imperium.vt.§. eodem.§.non valente.ꝛ tamen malefactores capit ꝛ eos detrudit in carcerē pena vero carceris potius est mixti imperij ꝙ iurisdictionis.vt.C.de penis.l.incredibile facit.ff.ꝙ metus causa.l.qui carcerem. ¶ † Item dico per istum tex.ꝙ antequā constet de crimine malefactor potest capi ꝛ in carcerē detrudi ne fugiat ꝙ appareat ꝙ hic malefacior: fuit captus per defensorem qui non habebat potestatē cognoscendi de crimine pro hoc facit.l.fi.C.vbi de cri.agi opor. Itē per hunc textū potest dici ꝙ si alicui delegatur audientia cause ꝛ eius executio ꝙ p illud verbū audientia intelligatur delegata cognitio hic autem imperator dat potestatē audiendi crimina leuiora ꝛ etiā castigandi per hoc intelligitur dare cognitionem.

4

Si vero. Preses potest imperare defensori vt publicas exigat functiones. Item null⁹ defensor potest ordinari cōtra modum supra ordinatū ꝛ officiū defensoris aliquis recusare non potest ꝛ qui contrafecerit pena hic īserta punitur ꝛ nihilominus cogetur officiū acceptare.hoc dicit.

Que igitur. Hac.l.dꝫ preses p programata publicare ꝛ facere obseruare ꝛ curare vt defensores in circulo eligantur ꝛ cū sacramento ꝛ per biennium ꝛ si defensor decesserit alius loco eius surrogatur.ꝛ si bonus fuit compleat officium per biennium.eo lapso remoueatur.nisi fuerit confirmatus ꝛ nole ciuitatis electus.alias secūdo modo confirmari non potest.ꝛ ista.l.non obtinet locum in omne tempus.h.d. ¶ In tex.ibi reluctante nullo.no. modū eligendi.est enim hic casus quod si pluribus est cōmissa potestas eligendi epm vel abbatē hoc adiecto quod non valet electio eorum nisi facta fuerit nemine reluctante.an possint eligere vnum ex seipsis. Nā videtur hic ꝙ defensor non potest confirmari per biēnium nisi fiat vnus ex ciuitate ꝛ vnus ex seipsis.nam ciues ciuitatis eligebant in defensorem.vt.§.proxi.

¶ De mandatis principum. Rubrica.

1 Iudex loci in quo malefactores reperiuntur debet ad iudicem qui de maleficijs habet cognitionem malefactorem remittere cum cognouerit de delicto.

Ex libris. Suscipientem alienū agricolam preses compellit vt cito reddat si in sua prouincia est.ꝛ si inobediens fuerit suscipiens fisco omne dannum resarcire ꝯpellitur.si in alia prouincia aufugerit preses ipsum confixū vel ꝯuictū possessoribus tradere debet ꝙ locū hꝫ siue quis fuerit agricola predij ꝙ hꝫ dn̄ium siue p̄dij ꝯducti.h.d. Ex hoc.§.ptꝫ coniuncta gl. qd̄ iniustū est statutū perusij qd̄ nullus agricultor potest agricul-

1 turam dimittere inuito dn̄o. ¶ † In tex.ibi confitentes. Not. hic tex.expressum qd̄ iudex loci in quo malefactores reperiuntur tunc demū debet ad iudicē qui de maleficio hꝫ cognitionem malefactorē remittere cum cognouerit de delicto. Et si cō-

• stiterit maleficium esse cōmissum per confessionem malefactoris vel per alias probationes legitimas.licet de hoc sit opi.C. vbi de cri.agi opor.l.i.ꝛ.fa.fi.in glo.que incipit infra.xxx.no.ad questionem de statuto dicente ꝙ capitaneus debeat sub pena mille bannitum qui venerit in fortiā suā facere decapitari cito vt possit differre.xxx.diebus ꝛ in penam non incidit.vt hac gl. iuncto tex.in glos.que incipit loquitur hec vera.in ea.glos.ibi ꝛ sic nota istā particulam ꝙ bona.

Titulos. Imponēs titulos predijs exemplo aliorum punitur quia sua bona fisco applicā-tur.h.d.in glo.que incipit scriptura ibi. Si vero alij hoc verum qn̄ nomen potentiorū punitur in suo.vt.ll.hic alle.in ea glos. ibi sum hoc non hꝫ locū in titulis qui nō monumentis ponuntur.vt.l.monumentorum.C.de relig.ꝛ sump.fu.

Hec igitur. Preses mādata huius.l.seruare debet ꝛ in ciuitate ꝛ in prouincia ꝛ alijs etiam prouincijs constitutus publice ponere huius.l.exēplar in loco publico cōuocando tēpore publicationis epm vel clerum ꝛ omnes homines ciuitatis de consuetudine vero seruatur quia lex publicatur per tubam faciendo generale proclama dicte.l.in omnibus locis publicis dicte ciuitatis ꝛ ponendo exēplar ipsius in loco publico in archiuo. Quidam tamen hoc anno dicebant in questione de facto ꝙ lex dicitur publicata incōtinēti qd̄ est in loco publico ciuitatis posita licet preconizata non sit.pro hoc alle.glo.que est in data.vi.lib.sed hoc non dicit si bene inspiciatur.

Si quidem non. Miles militare nō debet ꝛ si seditionē cōcitās contra ciuitatem fugerit in prouincia preses contra eū debet inquirere si inquisitione opus est ꝛ repertum culpabilē transmittere ad ciuitatem cōstantinopolitanam vt pena legitima puniatur.h.d. ¶ In tex.ibi tentant.no.contra tentantes pacificum statum ciuitatis perusij vt puniantur ꝛ cōtra eos possit per viam inquisitionis procedi.facit.C.de aboli.l.j.in fi.itē no.ex isto tex.quod de crimine seditionis vnius ciuitatis puta perusij non possit cognoscere iudex Florentinus quod apparet atqꝫ quia de crimine isto cōmisso in ciuitate cōstātinopoli. non potest preses prouincie cognoscere sed dꝫ inquirere ꝛ inuestigare diligenter contrafacientes seditionē ꝛ ipsos ad ciuitatem remittere per hunc in glos.que incipit no.adhuc.not. solenniter que requiruntur cum quis militat Et no.quod solum militibus scriptis in matricula militari debent dari priuilegia.vt.l.pe.C.de re mili.

¶ De triente ꝛ semisse. Rubrica.

1 Legitima fratris qualiter augeatur.
2 Ius agēdi ad querelā sicut finitur quinquēnio an ita etiā ius petendi legitimā vel supplemētū legitime finiat quinquēnio.
3 Patri non licet proprietatem sue legitime nudam relinquere ꝛ vsumfructum bonorum vxori vel extraneis.
4 Quartam omnem quis debet habere pleno iure ꝛ quo ad proprietatem ꝛ quo ad vsumfructum.
5 Pater priuare volens filium vsufructu omnium suorum bonorum quid habeat facere.
6 Nepos est de generatione aui per medium.
7 Nepos vbi ex persona patris vocatur: in ea portione debet vocari in qua vocaretur pater si viueret.
8 Filius naturalis licet non succedat patri naturali ab intestato (sobole legitima existente) tamen ali debet de bonis patris arbitrio boni viri.
9 Concubina non succedit amasio in subsidium.
10 Concubinatus qualiter probari debeat.
11 Viuens in actu concubinatus an dicatur caste viuere.
12 Ignorantia non toleratur in facto proprio.
13 Dictio plurimis in quibus verificetur.
14 Tabellio qui datur a iudice ad testium examinationē debet dari de partium voluntate.
15 Condemnatus ex propria confessione an debeat condemnari in omnibus expensis litis.16.
17 Petēs debitū solutū presumit petere ignorāter ꝛ bona fide.
18 Negans intulisse vulnus ꝛ postea conuictus dicit se fecisse ad suam defensionem an admittatur.
19 Actor scripturam propriam si negauerit conuictus condemnatur reo in tantum quantum ab eo petebat: nisi causa sit actoris sacramento decisa.
20 Dominus non dꝫ puniri ex delicto tutoris vel procuratoris.
21 Scriptura quod sit sua qualiter quis conuincatur.
22 Allegans contraria an audiatur.
23 Translatio possessionis quando fit in aduersarium propter mendacium partis: fit officio iudicis.25.
24 Possessio transfertur in aduersarium propter mendacium.
26 Contestatio cum procedit ex animo nunquam responsio partis inducit contestationem.
27 Responsio omnis interrogationi contraria in dubio inducit contestationem.

Iam quidem. In quinque partes diuiditur. Primo ponit proemium dicens multe.ll.per nos cōstitutos de testamentorum materia loquuntur Secūdo ponit quandam

quandam administrationes dicens ꝙ miratur multum quod
per leges antiquas patres non cogitabant relinquere filijs nisi
si quartam eorum substantie. Tertio corrigit. l. antiquas in hoc
statuendo ꝙ filij quatuor vel infra debent habere trientem. si
quatuor. s. debent habere semissem. Quarto auget secundum
modum predictum quartam omnium personarum quibus de iure an-
tiquo competebat inofficiosi querela. Quinto excipit de filio ⁊
filia curiali vt debeant habere octauam partem ius quod habi-
turus esset abintestato. secunda ibi, frequenter igitur tertium, ibi,
hec nos. quarta ibi hoc obseruando. quinta ibi excipiuntur.
Filij quatuor vel infra debent habere trientem ⁊ non vltra pa-
tre inuito si plures sunt semissem. Et quicunque per iura anti-
qua ad inofficiosi querelam vocabantur hodie tertiam bonorum
debent habere vbi tunc quartam habebant. Filio vero curiali
vel filie curiali nupte octaua pars conseruatur antiquis legi-
bus ⁊ filijs ingratis vel naturalibus loquentibus in suo sta-
tu remanentibus. h. d. Et hic sumpta est autem. nouissima. C. de
inoffi. testa. ¶ In glo. que incipit. s. filijs ibi. se contra esse pri-
mo hec vera. idem no. Cy. in. d. autem. nouissima. ¶ In ea. glo. in fi.
hec vera. vt no. Cy. in. d. autem. nouissima. ⁊ per Guil. de cu. in. l. si
1 arrogator. de adop. ¶ † Sed quero cum per hanc. l. legitima fra-
tris sit aucta. reperio enim fratrem in bonis fratris habere legi-
timam. vt no. glo. s. de here. ⁊ fal. §. hec quidem instituta. s. turpi
persona credo ꝙ sic propter generalitatem huius litere. nam
frat[r]i competit querela instituta persona turpi. vt. l. fratris. C.
de in inoffi. testa. quam legitimam filij debent habere hodie iure
insti. vt in autem. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capi. ⁊ sic in
2 hoc corrigitur iste. §. ¶ † Sed quero an sicut hoc ius agendi ad
querelam finitur quinquennio. vt. l. si quis filium. C. de ino. fac.
testa. ita etiam ius petendi legitimam vel supplementum le-
gitime finiatur quinquennio. Dic ꝙ ius petendi legitimam si
nitur quinquennio cum debeat peti primo intentata querela.
⁊ querela non est proposita. Nam cum prescriptum est quere-
le prescriptum est querendi legitimam que non potest peti ni
si primo intentata querela. vt. l. quemadmodum. de inoffi. testa.
Ius vero agendi ad supplementum legitime. quia stat per se hec
est necessaria querela non prescribatur quinquennio. est enim
ius personale quod apparet. quia supplementum legitime pe
tit condictione ex. l. omnimodo. C. de inoffi. test. ⁊ ibi no. ergo
durauit. xxx. annis. vt. l. ij. C. de const. pecu. ⁊. l. sicut. C. de pre-
scri. xxx. annorum.

3 **Prohibemus.** ¶ † Non licet patri proprieta-
tem sue legitime nuda relin-
quere ⁊ vsumfructum bonorum vxori vel extraneis. sed debet
legitimam pleno iure relinquere quod locum habet in ceteris
ascendentibus. hoc est in auo ⁊ proauo. h. d.
4 ¶ † In glo. que incipit hoc est commune no. illud quod omnem
quartam quis debet habere pleno iure ⁊ quo ad proprietatem
⁊ quo ad vsumfructum. nam fructus in trebellianica compu-
tantur exceptis filijs primi gradus. vt. C. ad trebel. l. iubemus.
⁊. l. an fideicommissaria. ff. ad trebel. ⁊ sic potest quarta trebel-
lianica assignari per imputationem pro redditibus per. d. ll. sed
non potest consignari in proprietate nuda ita ꝙ heres non ha-
5 beat vsumfructum vt hic. quod no. ¶ † In ea. gl. ibi enim no.
singulariter istam glo. quod cum pater vult priuare filium vsu
fructu omnium suorum bonorum non habet aliud facere nisi
instituere ipsum heredem vulgariter in omnibus suis bonis ⁊
alteri relinquere vsumfructum omnium suorum bonorum. nam
valebit relictum vsusfructus ⁊ filius non potest dicere se grana-
tum in legitima quod est verum quando nuda proprietas a le
gitima filij. s. vz tantum quantum vz vsusfructus sue legitime.
Sed si valeret minus tunc filius potest impugnare tale lega-
tum. quia non potest in sua legitima grauari. vt. l. quoniam in
prioribus. C. de inoffi. testa. Et ad. l. vxori. respondetur quod
ibi pater filios non habebat vel si habebat valet tantum quan-
tum vsusfructus legitime.

Nec illo. Nepos ex filio vel filia auo vel auia ita
succedit in ea parte qua mater vel pater
succederent ⁊ hoc locum habet in nepotibus filiorum legiti-
matorum siue interuenerint instrumenta dotalia siue non. h. d.
¶ Premittas ad euidentiam pro intellectu gloss. ij. quod de
iure antiquo si pater decedebat relictis filijs ex filio vel filia
nepotibus quod isti nepotes succedebant vna cum patruis auū
culis vel materteris aue, ipsorum vel auo cum diminutione
tertie partis idem quia de parte quam consecutus fuisset vel isto
rum nepotum patrui auunculi vel matertere habent tertiam
portionem: reliquum vero peruenit ad istos nepotes vt. l. illud.
C. de colla. ⁊. l. si defunctus. C. de leg. here. Et istarum. ll. impe
rator hic facit mentionem quas corrigit disponendo quod nepo
tes ex filio vel filia succedunt in illa portione in qua succede-
ret pater vel mater si viueret. Et ex hoc sumpta est autem. que
6 portionis. C. de colla. ¶ † In tex. ibi per medium. no. ꝙ nepos
est de generatione aui per medium. Et sic facit ad questionem
de eo qui substituitur heredi suo si decesserit sine progenie ex suo
corpore descendente vel dicatur decessisse sine progenie si deces
serit cum nepote. quoniam nepos non est ex suo corpore. sed ex
filij corpore mediante persona aui. ergo habet substitutio lo-
cum per hunc text. quia dictio ex denotat causam proximam
non remotam vbi proximam denotare potest. vt. l. i. §. i. de incen.
7 rui. nau. ¶ † In tex. ibi quartam con. no. ꝙ vbi nepos ex perso-
na patris vocatur in ea portione debet vocari in qua vocaret
pater si viueret. ⁊ sic facit ad questionem si statutum dicit ꝙ filia
dotata non succedat. mortua filia dotata nepos vult succede-
re an admittatur. ⁊ iste tex. facit ꝙ non. Aut enim vult admit-
ti ex persona sua ⁊ non potest quia reperitur filius qui est in
primo gradu. ergo ipse repellitur qui est in secundo. nam in suc
cessione gradus prerogatiua seruatur vt. s. de here. que ab inte
sta. §. si. aut vult venire ex persona matris ⁊ non potest quia nec
mater viuens admitteretur. ergo eodem iure debet excludi quo
de matre vt hic. Et ita sepe ego consului.

Consideremus. Filius naturalis masculus
vel femina natus vel nata ex
concubina vnica in domo retenta in habitu concubine non ex
istente prole vel vxore legitima patri naturali abintestato suc-
cedit in duabus vncijs vna cum matre percipiendis licet olim
in vna vncia abintestato succederet. hoc dicit. Et hic impera
tor incipit tractare de secunda parte Rubrice de successione fi-
8 liorum naturalium. ¶ † In glo. que incipit quia no. ex hac glo. a ¶ Filius natura lis. Adde Bart. hic.
a ꝙ filius naturalis [a] licet non succedat patri naturali abinte-
stato sobole legitima existente tamen ali debet de bonis pa-
9 tris arbitrio boni viri. ¶ † In glo. que incipit. nam pro ⁊ no-
ta ex ista glo. quod concubina non succedit amasio etiam in
subsidium licet viro vxor succedat per titulum vnde vir ⁊ vxor.
10 ¶ † In tex. ibi habitu no. ad probandum concubinatum dz
articulare ꝙ talis talem teneat mulierem libere conditionis in
domo sua in suam concubinam ⁊ habitu concubinali ⁊ ea vte-
batur ⁊ eam tractabat vt suam concubinam vicinis scienti-
bus videntibus ⁊ audientibus. eo modo facias articulos ad p
bandum filiationem fraternitatem vel vxoratum. vt. l. si vicinis. C. de
nup. ⁊. l. i. C. quorum bo. ⁊ extra. de filijs presby. c. michael.
11 ¶ † In tex. ibi caste no. ibi videri tex. quod caste quis viuere vi-
detur cum viuit in actu concubinatus ⁊ hoc verum quantum ad
istum tractatum vt filij ex eo nati tanquam naturales ad successio
nem vocentur. quo ad alia vero non dicitur caste viuere. nam omnis
fornicatio est peccatum mortale. ergo est contrarium castitati. nam b ¶ Item castitas. vide que dixi. s. de lenonibus in §. sanximus.
b castitas [b] amica deo est. ⁊ propter ipsam homines anima deo presentatur.
vt. C. de incest. nup. l. i. facit. §. i. C. de adul. l. constitutus.

Illud quoque. Hic tractat de tertia parte Ru-
brice. s. de colla. ⁊. h. d. Filius ex te-
stamento succedens vna cum alijs ita demum sibi a patre datum
non confertur si testator expresse significauerit collationem fieri
non velle. h. d. per hunc. §. corriguntur iura antiqua que dispone-
bant ꝙ filius ex testamento succedens non tenebatur conferre
vt hic dicitur. Et ex hoc sumpta est aut. ex testamento. C. de col.
12 ¶ † In tex. ibi oblitus. no. lz in facto proprio ignorantia non
toleret. vt. l. si. ff. pro suo. tamen quando factum est de longinquo aut
quis est mortis angustia perturbatus ⁊ toleratur talis ignoran
tia vt hic facit. l. hac consultissima. §. sed tum humana C. qui
testa. ¶ In tex. ibi expressim. no. vbi lex requirit aliquid fieri
expressim si illa lex punit ad corruptionem alterius. l. quod tunc
dicitur fieri expressim quando illa fit simpliciter vt hic ⁊. s. de
here. ⁊ fal. §. si vero expressim. ⁊ hoc facit quando falcidia dici-
tur expresse prohibita. vt dixi ibi. ⁊. l. ij. §. ad filiorum. C. quando
perdit. Secus si non secundo nupsisset, quia tunc omnes reti-
net et etiã domicilium viri. et vt. l. si. C. de inco. et in. l. filii liber-
torum. §. vidua. ff. ad munici. Per hoc dixi quod mortuo viro quod
tunc mulier donec vidua est petere potest vt sibi exemptio vel
executiuum fiat sicut vir habebat et petere poterat.

¶ Mulier nobilitatur per virum suum quãuis ipsa sit plebeia si ipse vir est nobilis. vt no. in. l. si. C. de inco. li. x. vide Ab. in. c. ij. de fo. cõpe. Bart. in. l. si. C. de ver. sig. Ab. in. c. si. de foro cõpe. et notatur in. l. si. C. de inco. li. x. et an mulier retineat dignitates mariti vide Bar. hic.

Jocundum.

Si quis cum: hoc ancillam quã ma-
numiserat ducat in vxorẽ et postea
diuertat non poterit illa nubere alii inuito primo marito et si
contra fecerit non erit matrimonium sed fornicatio. hoc dicit.
49 ¶ † No. ex isto tex. quod vbi matrimonium non est omnis co
pula carnalis est fornicatio illicita.

Eiusdem.

50 † Filius debet educari apud matrem. ni
si ad secundas nuptias conuolauerit.
51 h. d. ¶ † In glo. que incipit nõ solũ ibi a testatore. no. vitricus
posse esse tutorẽ testamẽtariũ sed non datiuus. quod intellige
vt non possit dari postquã vitricus est propter suspitionẽ immi-
nentem vt hic: sed si dat antequã sit vitricus nõ remouet si effi-
ciat vitricus. Ita intelligit. l. si. C. de cõtrario iu. tu. l. nonnun
quã. ff. de adopt. quod no. quia quidam doctores tenebant cõtrarium.

Dotes autem.

Dos cõstãte matrimonio nõ
põt restitui nisi in casib' hac
l. expressis et si restituta fuerit cũ dicit matrimonio soluto etiã
morte vxoris si pactũ intercessit lucrãde dotis et dz filiis reser
uari si pater ad scõa vota migrauerit. et quod dictum est in do-
te restituta idem est in dote promissa nondum viro soluta. h. d.
52 ¶ † Ibi et si monstatur. no. istũ tex. quod si mulieri dos restituitur
cõstãte matrimonio p maritũ nõ intelligit propter hoc renun-
ciasse pacto quod fecit de dote lucrãda muliere in mrimonio de-
53 cedẽte. ¶ † Scdõ no. quod pactũ de dote lucrãda vẽdicat sibi lo-
cũ etiã si dos cõstante mrimonio nunquã fuerit soluta sed tñ p
missa. ¶ In gl. que incipit sed nõne. ibi alias locũ non haberet
no. ex hoc quod si maritus sit dotẽ restiturus post annum. vt. l.
j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. tñ solu. ma. morte mulieris non
põt dotẽ sibi p̃missam petere et hoc ideo quia dies statuit mari-
to miserationis cã. a. l. et ideo non dz audiri vt hic. et. l. si dona-
tarius. de cõdi. ob cãz. secus est si aliquis deberet restituere ad
certũ diẽ cõuentionalẽ ita quod dies nõ esset appositus misera-
tionis cã sed differende obligationis quia tunc tali agenti non
obstaret exceptio dolo facta cũ illud debitũ sit in diem restitu
tio ad diem dz fieri ante diei euentum non est nota actio cum
effectu. l. pecunie. ff. heer. pet. ita nec etiam exceptio. Pro hoc
facit. ff. ad. l. falci. l. si ubi a me. et. l. quod si in diẽ. ff. de compen.
ff. de pac. do. l. inter socerũ. §. si.

Si autem tutelam.

¶ Mater deserta
filiorũ legitimorum
vel naturalium tutela contra sacramentũ si ante rationes red
ditas ad secun. nuptias cõuolauerit easdẽ penas patitur quas
mulier infra tempus luctus nubens et dissolutionem penarum
eisdẽ modis sequitur. hoc dicit. Et scias quod pene mulieris nu-
bentis infra tempus luctus sunt sublate per dictum apostoli
mortuo viro et c. iã ille pene nõ sunt sublate in matre transeun
te ad secũda vota non petito tutore nec redditis ratio nib' quia
in hoc nõ inuenit iste. §. correctus et ita tz Hosti. in summa ex
tra. de secun. nupt. c. fina. et ex isto. §. sumpta est autent. eisdem
54 penis, C. de secundis nuptiis, post princip. ¶ † Ibi ideo. no.
quod mulier nubens contra proprium sacramentum negligit de
functi castitatem et ideo debet puniri penis amaris. Sed tunc
queritur si mater transit ad secunda vota petito tutore quis ve-
niet an legitimus vel datiuus, dic vt no. glos. ff. de test. tute. l. si
quis sub conditione.

Placet.

¶ Pater iussus dare filio legatum in diem
vel in conditionis euentum non cauet ei de
legato soluendo nisi ad secunda vota transeat. hoc dicit.
¶ Nota quod hoc casu inter patrem et filium cadit cautio. et
ita not. limitationem l. imperator. ff. ad trebel. ¶ Nota istud
ad idquod gl. determinat. Ã. eo. §. si vero expectet sed quomo-
do potest relinqui filio a patre, videtur enim non valere; vt. l.
cum filie. de legatis primo,

Sed et si quis.

Clerici nisi cantores vel lecto-
res sint: nuptias non põt cõtra
here si cantor vel lector ad scõa vota migrauerit ad culmẽ sa-
55 cerdotii nõ ascẽdit. ¶ † Itẽ laicus vxore dimissa põt promo-
ueri ad sacerdotiũ si vnica fuerit cũ virginitate sibi copulata quod
si binas habuerit vxores vel contraxerit matrimoniũ cum nõ
virgine promoueri non dz et si secus fiat promotio nulla est.

Que vero.

¶ Legato sub conditione prohiben-
darum relicto a viro vel vxore vel extra
neo valet et conditio seruari dz alias legatum perditur et restitui
tur solutum cũ fructibus et accessionibus mediis cum iuratoria
cautione vel fideiussoria prestita secũdũ qualitatẽ personarum
eterum. hoc dicit. Et ex isto tex. sumpta est aut. cui relictum. C.
de indi. vidu. ¶ Premitte ad euidentiam huius materie il-
lud quod glo. premittit scz quatuor iura reperiunt conditiones
nuptiarũ phibẽtia. Primo ius antiquissimum et illud statue
bat quod cõditio per quas nuptie phibebant subducebatur de
medio tanquã cõtra publicã vtilitatem et disp. sitio remanebat
pura. vt. l. cũ ita legatũ. et. l. se. ff. de cõdi. et demõ. Postea super
uenit. l. miscella de qua fit mentio in. l. fina. C. de indi. vidui. et
illud erat ius vetus statuens quod cum mulieri aliqd relinquebat
sub conditione ne nuberet siquidẽ ipsa petet legatum ante an
num deberet iurare quod nõ nuberet libidinis gratia sed suscipien
dorũ liberorũ post annũ non poterat legatum petere absque iu
ratoria cautiõe quod caueret simpliciter de nõ nubẽdo vel si nu-
beret quod nubet p filiis procreandis. Et hanc legẽ miscellã impe
rator recitat. tertio superuenit ius nouũ de quo mentio fit hic
in versi. nos. et remittit illã ad iuratoriã cautionẽ ne lex aperi-
ret viã periuriis. Quarto superuenit ius nouissimus statuens
quod si mulieri vel viro relinquat sub cõditione ne nubat quod ta-
lis cõditio dz seruari et quod ille cui est relictũ nõ põt legatũ pe-
tere infra annũ a die mortis relinquentis nisi spes nuptiarum
deficiat vel quia effectus sit clericus post annũ vero admittitur
ad petendũ legatũ si prestitit cautionẽ de reddẽdo quod accepe-
rit cum fructibus mediis tpis si ad scõa vota cõuolauerit et hoc
cũ legatũ consistit in rebus stabilibus. sz si in re mobili. tunc si
legatarius idoneam substantiam possidebat tunc petit legata
rius sub cõditione p̃dicta et hypothecã omniũ suorũ bonorũ et
quod ipsam rẽ legatã nõ diminuet. et si diminuat resarciet dimi-
nutã. Et si esset pecunia in legato quod restituet totã pecuniam
cum oĩbus vsuris quas legatarius ipse potuit percipere de qua
potentia suo statur sacramento vel cum tertia parte vsure cẽte
sime si pecuniam legatarius non numerauerit. vbi vero lega-
tarius non esset locuples tunc cogitur dare fideiussores de re-
stituendo legatum modo p̃dicto. et si fideiussorẽ dare non po-
test sue iuratorie cautioni permittitur cum hypotheca suorum
bonorum. sed si vsusfructus fuerit legatus et legatarius nõ pos
sit dare fideiussorẽ nec sit persona cui credi debeat tunc heres
tertiam partẽ vsure centesime dz dare huic legatario quousque
ad secunda vota non transeat. Et hoc introducitur per istum
tex. in ver. sancimus. vsque ad si. predicta tamẽ locum habent cũ
relinquitur vidue quod ista conditio obseruatur. si autem sub
iungitur virgini tunc ista conditio subduceret de medio et le-
tum remanet purum. et sic remanet ius antiquissimus. et ita no.
glo. in. d. l. ij. et in. d. aut. cui relictum.

Si vero vsusfructus.

Not. pulchram
cautelam quam
habere põt vsufructuari' vt ipse dicat fideiussorẽ dare posse quod
p eo p̃mittat de vtẽdo et fruẽdo arbitrio boni viri et debeat
vsusfruct' apud heredẽ remanere et heres dz vsufructuario p̃-
56 stare partẽ vsure cẽtesime. ¶ † Ultimo no. ex isto. §. quod vbicũ-
que aliqd legatur sub certa cõditione cõsistẽte in nõ faciẽdo quod
legatarius cautione prestita mutiana legatum consequitur si
postea venit cõtra cautionẽ faciẽdo quod promisit nõ facere lecõ
tinẽti ipso iure priuatur rei legate dñio et fructus mediis tẽpo-
57 ris quos ex legato percepit restituet. l. quod no. ¶ † In gl. que in
cipit hic potest referri. no. pulchrã doctrinaz an iudex debeat
deferre sacramentum reo potius quã actori. Nam si id super quo
iuratur melius nouit reus reo deferetur. si actor actori. C. de iu
di. l. properan. §. ij. et. l. sancimus. si vero pariter vterque vtrius que
rei est conditio. tũc reo defert quia fauorabiliores sumus reis
vt in regula iuris fauorabiliores. si vero conditio vnius alte-
ri p̃ponderat tunc in hoc iudicis consistit cognitio vt attenta
psone conditione facti qualitate et causarum modo vni modo
alteri deferat sacramẽtum de legitimis tutoribus. l. tam legi-
timos. de testa. mili. l. nõ oĩs. §. a barbaris. not. doct. C. de reb.
58 cre. l. actor. ¶ † Unum tamen scias quod nec actori nec reo dz
sacramentum ex indiciis deferri: sed ex semiplenis probationi-
bus. vt no. glos. in. l. iij. §. j. ff. de iu. sunt autem semiplene pro-
bationes plusquã indicia. vt. ff. de proba. l. cum proba.

Prefate

Prefate. Si alicui relictũ sit sub conditione nõ nu
bendi siquidẽ hereditatio portio p here
ditaria portione cohaeredi cauebit sin autem legatus vel fideico
commissum cauebit grauato: si donatio causa mortis cauebit
heredi: sin autẽ ex asse sub dicta conditione facta si dicta substi
tutio cauebit substituto si habet. sed si non habet cauebit ve
nientibus ab intestato: nisi testator cautionem remiserit. h.d.
59 ꝛ est notabilis. §. ¶ † Iste tex. facit in ar. ad questionem. Te
stator reliquit vxori vsumfructum ab herede ꝛ prohibuit he
redi molestare eam ad quem hereditas peruenire deberet. et
hereditate eũ priuauit nolẽ pene si eam molestaret nec adiecit
ad quem hereditas applicetur, ꝛ videtur quod vxori. nã eius
fauore est apposita pena. ergo illa pena debet sibi applicari.
contrarium determinat Ja. de bel. per hunc. §. ꝛ allegat. l. vxo
rem. §. heres. de lega. iij. Et dicit quod illa hereditas hic ap
plicatur substituto si habet substitutum. si autẽ substitutũ non
habet applicabitur venientibus ab intestato. secundum for
mam istius §. sed istud videtur impossibile. nam si testator he
redem priuauit post hereditatis aditionẽ impossibilis est pri
uatio quia qui semel est heres ꝛc. vt. ff. de mino. l. quod si fine.
§. quod apparet. quia exheredatio non potest fieri post aditas
hereditatem. vt. l. iij. §. i. de libe. ꝛ posthu. ergo eodem modo
iste poterat priuari post aditam hereditatem. Sed dic quod
nõ obstat quia quis non potest directe priuari hereditate adita
postea edita. vt in contrarijs. Sed illa priuatio inducit fidei
commissum. quia priuatus rogatus videtur de restituendo he
60 reditatẽ nomine pene in euentum cõditionis illius. ¶ † Et
hoc probatur per istum. §. per hoc dicit Bar. ꝙ exheredatio
facta post hereditatẽ aditã non tenet, quia nõ potest quis ex
heredari hereditate adita. tamen illa exheredatio inducit fi
deicõmissum. Pro hoc allegat ipse. d. l. vxorẽ. §. his. qd credo
verum per istum. §. nos per illus ꝙ potius videtur in nume
16 ro contrariorum cũ dicit fideicõmissum nõ valere. ¶ † Alti
a mo no. hanc cautionem mutianam posse p testatorem remit
ti ꝛ idẽ est de cautione ꝙ prestaf legatorum vel fideicõmissorum
b seruãdorũ cã, vt. l. i. C. vt in pos. leg. Cautio aũt fructuarij de
vtendo ꝛ fruendo arbitrio boni viri per testatorẽ non remit
titur. vt. l. scire. C. vt in pos. leg. Rõ est ꝙ in fauorẽ reipublice
introducta est cui testator renũciare nõ põt. vt. l. nec ꝙ pigmẽ.
§. venatorũ. ꝛ l. nec ex pretorio. de re. iu. ꝛ de pa. l. ius publicũ.

Et qr parũ. Mulier trãsiens ad scḋa vota dona
tionẽ pp̃ter nup. in rebus imobilib
consistentẽ retinet quo ad vsumfructum ꝛ eam cogit filijs pri
mi matrimonij reseruare, nec põt eã inuitis filijs in eos trãs
ferre vt ab eis consequat tertiã partẽ vsure cẽtesime. Pro do
nationibus vero in immobilibus cõsistentibus recipit a filijs
tertiã partẽ vsure centesime si filij dictam donationẽ restitue
re nõ põt h3 in illius ptãtẽ an velit tertiã partẽ vsure cẽtesime
an velit donationem restituere ꝛ filijs de ea conseruanda post
mortẽ cautionẽ prestare. Sed si donatio permixta existit vt ꝙ
existit in bonis mobilibus ꝛ immobilibus. De mobilibus iu
dicet vt de mobilibus ꝛ de immobilibus vt iurare mater ne
dictã donationẽ diminuat. h. d. vsq3 ad. §. hunc nobis. ¶ No.
qd vbi qs teneret ex iuris dispositione ad solutionẽ vsurarũ
nõ tenet vltra partẽ centesime nisi aliter in iure repetiat expres
sum prout est in. l. fi. C. de vsur. rei iudi. per hoc dico ꝙ mulier
que operata est in domo heredum ꝛ viri sol. ma. põt petere vsu
ras sue dotis vsq3 ad tertiam partem centesime ꝛ non vltra.
62 ¶ † Ideo aũt dixi operata in domo heredũ viri ꝙ aliter non
posset vsuras petere. vt no. glo in. l. sicut. de oper. libert. ꝛ sa. l.
qd vero. ff. so. ma. ꝛ l. diuortio. in. fi. gl. Et qd dixi in vxore idem
est in oibus qui põt petere vsuras ex iuris dispositione vt nisi
ꝙ petet tertiã partem cẽtesime. Casus aũt in qbus vsure sunt
licite. no. in. c. salubriter. extra. de vsur. Vltimo no. ex isto. §. qd
qñ fit cõpositũ de duobus mixtis mere diuisibilibus ꝛ sic effi
cit vnũ mixtũ qd de quolibet iudicaf sicut erat quodlibet sue
rũ p se. qd apparet ꝙ qñ donatio pp̃ter nupt. fit ex bonis mo
bilibus ꝛ imobilib ꝛ sic efficif vnũ mixtũ ꝙ vnũ est diuisum
ab alio de quolibet iudicaf tanꝙ de mero per se. Sed vbi fit
cõpositio ex indiuiduis tũc iudicatur scḋm qd cõpositum est.
63 Ita est lex in hermofroditũ. ff. de sta. ho. ¶ † In cert. abi alijs
immobilibus. no. istũ tex. pecuniã appellari rẽ mobilem ꝛ per
hoc patet qd tutor trãsferre põt sine solẽnitate que requiritur
in alienatione rerũ mobiliũ de qua loquitur. l. que tutores. C.
de admi. tuto. de qua glo. loquitur in. l. i. §. fuit quesitum. ff. ad
treb. sed an dicaf res que seruando seruari nõ potest. Forte ꝙ
illa res dicif que seruando seruaf qñ de se fructũ pducit ꝛ ni
hilominus seruatur. ar. eius quod no. in. d. §. fuit quesitum. sed
illud nõ est hmõi ergo ꝛc. pro hoc. l. que tutores dum facit mẽ
tionẽ de lapidibus preciosis ꝙ lapides alienantur absq3 alia
solẽnitate. Et hoc est ꝙ de se nullum fructum producunt ali
bi dicit glos. quod illa res dicitur que seruando seruatur que
nõ consumitur vtendo. vt. l. i. C. si aduersus vendi. ꝛ sm hoc nõ
esset pecunia de rebus que seruando seruari possunt.

Hinc nos. Filio moriente mater vna cũ defuncti
fratribus abintestato ad eius successio
nẽ vocabatur in omnibus eius bonis tã respectu vsusfructus
ꝙ proprietatis sine transiuerit ad secunda vota ante mortem
filij siue post mortem ex testamento non vocabantur scḋm
dispositionem filij hodie vero ex testamento idem ius serua
tur abintestato autem mater succedit in solo vsufructu respe
ctu bonorum que filius a patre quesiuit. In alijs vero bonis
aliunde quesitis succedit ad plenam proprietatem saluis legi
bus de lucris nuptialibus loquentibus ꝛ saluis legibus de
ingratis matribus erga filios loquentibus. h. d. cum. Et sic per
hunc tex. corrigitur. l. de non eligendo secundo nubẽ in ea ꝙ
dicebatur quod mater vocabatur abintestato ad filij successio a
nem quo ad plenam proprietatem si ad secunda vota non trã
sens. sic intelligitur. l. de hered. que abintestato. §. secundo vt de
suinthe autentica defuncto. si vero transit ad secunda vota in
bonis defuncto a patre quesitis succedit in vsufructu tantum
proprietas vero fratribus defuncti reseruatur nisi fratres de
functi erga defunctum fuissent ingrati quia tunc vocarentur
in proprietate vt. l. eodem. §. ingratitudinem secundum secun
dam lecturam. Item hoc non habet locum in lucris que ma
ter quesiuit a marito quorũ proprietatem filijs reseruaret cuia
si vnus filiorum decedit ad illa lucra non vocatur nisi mater
nus lucratiua fuisset ex pacto existentie liberorum. vt. l. eo.
§. quoniam. ꝛ hic per istum. §. in bonis aliunde quesitis succe
dit in plenam proprietatem. vt in. §. cum igitur. ꝛ. l. de non eli b
gen. secũdo nuben. ꝛ hoc locum habet in successione abintesta
to. Ex testamento vero succedit olim ꝛ hodie in plenam pro
prietatem. vt dicit glo. hic.

Ingratitudinem. Si frater erga fratrem
fuerit ingratus vno ex
tribus h. c. descriptis modis a fratris successiõe repellitur. h. d.
64 scḋm primã lecturam. ¶ † Ex hac lectura no. qd l3 exhereda
tio fieri debeat cũ cã vt teneat verũ est quantũ ad hoc vt testa
mentum teneat. Sed presupposito qd testamẽtum irritetur tã
ꝙ exheredatio nõ sit legitime facta ꝛ si res redeatur ad cau
sam intestati propterea non poterit exheredatus venire ad suc
cessionẽ abintestato si ingratitudo probatur. Sicut ingratus
rõne ingratitudinis exheredari potestate se repelli si probaf
ingratus per hanc literã. Et ideo sit cautus aduocatus vt sem
per contra filium exheredatum faciat causam ingratitudinis
pbare. nam probando causam ingratitudinis filium excludit
oino. Nam ante exheredatus volet venire ex testamento ꝛ non
poterit ꝙ exheredat vt in. §. exheredat. l. de here. ꝛ fal. Aut
volet venire abintestato ꝛ non poterit p hunc. §. facit. l. vt eius
de appel. cogno. §. ꝛ quidẽ. ꝛ cons. causas. ꝛ hec prima lectura est
satis bona. sꝫ secundũ secũdã lec. h. d. Mater transiẽs ad scḋa
vota que lucraf in bonis paternis quo ad vsumfructum virilẽ
portionẽ ex persona filij defuncti non ipsius proprietatẽ reser
uat fratri superstiti qui erga fratrem defuncti fuit ingratus.
Et hec constitutio p quã mater transiẽs ad scḋa vota phibef
filio in bonis paternis succedere quo ad proprietatem nõ ha
bet locum nisi in futuris successionibus nõ aũt in pteritis. h. d.
ꝛ ista lex est satis bona. Et ex hac determinatur. §. sin autem ab
intestato. l. eo. qui dicit qd mater vocatur vna cum fratribus
defuncti in bonis autem a patre quesitis quo ad vsumfructum
tantum proprietatẽ vero tñ fratri defuncti reseruare, tenetur
ꝙ istud est verum qñ frater defuncti non fuit ingratus erga
mortuum: sꝫ si fuisset ingratus mater succederet in totũ etiam
quo ad proprietatẽ. ꝛ hoc modo supplet glo. magna. l. §. pri.
65 ¶ † Itẽ secũdũ tertiã lec. hoc dicit frater potest exheredare fra
trẽ ingratum et instituendo turpẽ psonam. h. d. hec lec. vera est
in se sꝫ litere non applaudit. ¶ Ex hac lec. not. limitationẽ. l.
fratris. C. de inoffi. test. vbi dicitur qd frater non potest fratrẽ
exhẽdare instituẽdo turpẽ psonam. ꝛ hoc est verum nisi frater
sit ingratus per hunc. §. ꝛ iste tres lect. ponuntur in glos. mag.
¶ Quarto tu potes dicere si mater que lucrum fecerit trãsire
rit ad scḋa vota ꝛ vnus filiorũ decedit qui fuit ingratus erga
fratrẽ portio decedẽtis non trãsmittitur ad filios eius sꝫ va
dit ad matrẽ ꝛ ad fratrẽ superstitẽ. h. d. ¶ Ex hac caius posi
tione inducit limitatio. §. dicẽtis qd quãdo mater transit ad
secũda vota qd ppᷣietas lucrorum nuptialiũ est filiorũ ꝛ proprie
tatem filius decedẽs ad suos filios transmittit. ꝙ istud est ve
rum nisi filius qui decedit fuerit ingratus erga fratrem super
stitẽ. ꝙ tunc tale lucrum nõ trãsmittit ad filios decedẽtis sed
46 ad matrem ꝛ fratres superstites transit per hunc. §. ¶ † Et

a ¶ Cautio muti
ana qualiter pre
stãda sit cũ fideic
missor h vel sine.
vide Pan. de ca.
C. de iudic. vid.
aut cui relictum.
ꝛ quid sit cautio
mutiana Pan.
de cast. in l. cum
sub hac. ff. de con
di. ꝛ demon.

b ¶ Cautio fru
ctuarij. Adde ꝙ
cautio que est in
troducta in fauo
rem testatoris re
mitti põt per eũ,
secus in cautione
introducta in fa
uorẽ heredis. Cy.
in. l. si vsufruct.
C. de vsuf. ꝛ Bal.
quod cautio pro
alijs rebus que
vsu consumũtur
põt remitti p pro
opi. ipsius tenet
Pe. de anc. in c.
si de pig. sꝫ in vol.
ibi cõtra. ꝛ Salv.
hoc etiam tenet
cum opi. Bar. vi
de Bal. in aut.
an relictum. in vl
ti. col. versi. ergo.
C. de iudic. viduitate
tollen.

no. quod tres cause ingratitudinis sunt in fratre propter quas a successione repellitur.

Et illud. Si mater vni filiorum donationem propter nup. fecerit et postea ad secunda vota transierit, deinum filius donatarius decesserit ad eius successionem vna cum fratribus mater vocabitur. portionem autem dicte donationis mulier solum vsumfructum habebit.

Et quoniam. Hodie mater ad successionem filij sui mortui vocatur vna cum fratribus et sororibus defuncti licet olim mater excludebatur a fratribus defuncti. et etiam vocabatur cum sororibus defuncti ipsa sola dimidiam consequitur et alie sorores aliam dimidiam. hoc dicit. ¶ In glo. ibi. §. igitur defuncti. Illud non est verum hodie. quia corrigitur per dictum apostoli. vt in c. §. extra. de secun. nup.

Illud quoque. Donatur patrem et matrem habentes filios ex primo et secundo matrimonio vt nō solum legitimam primi matrimonij filiis relinquant et filijs secundi matrimonij residuum sed pares in successione faciant. vel magis dilectum aliquantum plus honorent non autem augeant immensum. Ab intestato vero pariter filij primi et secundi matrimonij vocantur preterquam in locis in quibus iura statuta seruantur. et hec. l. habet locum in futuris non autem in preteritis et per totam prouinciam debet diuulgari. h. d. ¶ Ex isto. §. no. aliud vulgare. pater nō debet facere vnum filium alium pauperem. ¶ Ibi gratiarum actiones no. aliud est esse ingratum. aliud est esse non gratum malum. et facit ad questionem de teste. quia aliud est esse maliuolum siue inimicum et aliud est esse minus beniuolum vel amicum. nam inimicus et maliuolus repellitur modice autem beniuolus per hunc. §.

¶ De appellationibus et intra que tempora debeat appellari. Rubrica.

1 ¶ Annus datur ad prosequendum appellationem: et ex causa biennium.
2 Appellationis tempus currit a die sententie.
3 Sententia si lata est contra procuratorem verum contumacem: an dominus poterit appellare.
4 Appellari licet non possit a sententia alicuius: tamen si male iudicat facit litem suam.
5 Appellandum non est ad patrem: sed ad maiorem.

Alteriorum. Infra. x. dies a recitatione sententie
computandos potest hodie appellari et a cuiuscunque sententia appellatur. hoc dicit. Et hinc
1 sumpta est aut. hodie. C. de ap. ¶ † In gl. que
incipit sed quandoque ibi vel dic ista est vera. et
ex hoc no. quod ad prosequendum appellationem datur ann[us],
et ex causa biennium vt. j. de his qui ingre. ad ap. §. interponende.
¶ In glo. que incipit facit. ff. not. que tempora sint continua
2 que vtilia et partim que continua et partim non. ¶ † Ite[m] no.
tempus appellationis currere a die sententie credo computandum de momento ad momentum. secus autem in quadriennio quod datur ad petendum resti. in integ. quia illud incipit
currere a die lesionis complete. vt. l. j. C. de tempo. in integ. resti. Tempus autem appellationis incipit currere ab ipsa recitatione et sic connumeratur tempus de momento ad momen
3 tum. ¶ † Sed quero an si sententia[a] est lata contra procura
torem verum contumacem dominus poterit appellare videtur quod non. quia verus contumax non appellat. Tu dic quod
no. Jac. de are. in. l. qui absentem. ff. de procura.

¶ Sententia. No
ta quod domin[us] po
terit appellare et
si procurator fuerit
vere contumax quia
constat ab initio
contumaciam esse de
lictum: et est res
magni preiudicij
nisi dominus fue
rit sciens et negli
gens. C. de fal. mo.
l. j. et. l. non solum
in princ. ff. de procur. et. c. j. vt lit. nō
conte. et ibi Ab. in
iiij. co. iura enim
excludentia facul
tate appellandi lo
quuntur in contuma
ce studiose vt satis
colligit. ff. de aq.
l. consensu. §. fin. et in
l. i. qui pro. nō est
necess. ij. q. vi. sunt
quorum. no. bar.
l. i. nec infantes.
ff. de fideicō. lib.
et in. l. fi. ff. de in i
teg. resti.

Ad hec. Causa debet in principio consistorio agitari et ob principis impedimentum procuratores causam audire non poterunt. tamen intacta seruatur.

Illud etiam. Hodie in causis. x. librarum infra in egypto et in alia augustalem prefectum appellat a cuius prefecti augustalis sententia non appellatur in asia vero et pontica diocesi in causis predictis ad spectabiles appellatur. Idem ad consules comites et pretores a quorum sententia non appellatur. et faciunt litem suam. In
oriente vero sic appellatur ad comitem orientis in predictis cau
4 sis hoc dicit. † ¶ Ibi legum timore. no. quod licet a sententia
alicuius nō possit appellari tamen si male iudicat facit litem
suam. ¶ Ite[m] no. ex fine quod minima causa est. x. librarum.

Illo videlicet. A sententia spectabilis non ad spectabilem sed ad illustrem ap
pellatur. s. ad perfectum et ad questorem etiam si dictis spectabilibus causa fuerit ex principis delegatione commissa. A sen
tentia vero clarissimi ad spectabilem appellatur. Et a senten
tia illustris ad superillustrem appellatur saluis remanentibus
5 iuribus et appellationibus. hoc dicit. ¶ † Not. ex isto. §. quod
nunquam ad parem appellatur. sed ad maiorem. Et facit quod a
sententia rectoris qui est clericus et habet iurisdictionem ordinariam a statutis non possit ad episcopum appellari quoniam
episcopus sibi par est. non autem maior quod apparet quia
quilibet ipsorum parem in scholarem iurisdictionem habet.
¶ Item quod spectabilis est super clarissimum. Illustris super spectabilem. Superillustris super illustrem. et hoc apparet ex isto. §. Nam a sententia clarissimi ad spectabilem appellatur et a sententia spectabilis ad illustrem. et a sententia illustris ad superillustrem. h. d.

¶ De consulibus. Rubrica.

Consulatus. Primo ponit quomodo nomen et census consulatus adinuenta est vsque ad versi. sequens vero tempus ibi vero ponitur quomodo postea census consulatus per imperatorem mutata est et ad solam largitatem muneris vsque ibi. quia igitur ibi ponit intentionem suam quam habet statuendo expensas consulares et eas ad mensuram ordinatam reducendo. vsque ibi a Marciano per quam erat consulibus prohibitum aliquam expensam facere in consulem ipsius occasione vsque ad. §. ibi non. Ibi corrigitur constitutio marciana et ius nouum statuit. s. consules occasione consulatus possint largiri nomine sportularum illud quod in hac constitutione disponitur et non vltra vsque ibi erit quidem. Ibi ponit quod qui consul eligitur septem diebus potest facere septem largitas pro causis que hic describuntur vsque ibi si autem etiam vxorem ibi ponit quas expensas possit facere circa vxorem cum vxorem habet vbi eam non haberet quam expensam possit facere circa matrem suam si eam habet vsque ibi spargere autem. Ibi ponit quomodo in predictis septem processibus licitum est consulibus in publicum spargere monetam non autem auream licet nullus spargere cogatur etiam argenteam et punit contrafacientem. Et huius constitutionis rationes plures assignat quatenus huiusmodi expense sunt ad mediocritatem reducte et quod istius constitutionis exemplar consulibus dandum est et quomodo ista constitutio debet per omnes prouincias publicari. hoc dicit.

¶ Ut nullus mutuans agricole teneat eius terram. Rub.

1 ¶ Mutuans agricole an pro eius debito, terram retinere possit.

Propter. Ista lex est localis et h. d.
in thracia et tota ei[us] prouin
cia et in illiriciana patria nullus mutuans
1 agricole † pro eius debito terram retinere potest et contrafaciens hac. l. punitur. ¶ Ibi alteriori. not. istum tex. quod eo ipso quod sit alienatio militi dicitur quia esse milesque dicitur altior et potentior sic alienatio sibi facta dicitur facta potentiori quod not. pro intellectu tituli ne liceat po. h. d.

¶ Nullum credentem agricole tenere illius terram et quantam debet vsuram dare. Rubrica.

Rem duram. Ista rubrica est generalis quamuis precedens sit localis. h. d. Nullus credens agricole pro debito teneat terram eius et si crediderit aliquos fructus aridos pro quolibet modio nomine vsurarum et annone percipiet secundam partem modij si pecuniam mutuauerit pro quolibet solido accipiet vnam siliquam. h. d. Si autem fructus liquidi fuerint mutuati tunc vsura potest transcendere istum modum quia remanemus in dispositione iuris antiqui quod modum vsurarum statuit de quo habemus in. l. eos. C. de vsu. in glos. que incipit ergo ibi. Item et ipsa rubrica. nota ex ista glo. licitum arguere ad ea que omnes leges posite sub rubrica determinant secundum verba dicte rubrice non obstante quod verba ipsius l. sint generalia quod not.

¶ De restitutionibus

¶ De restitutionibus et ea que parit in .xj. mense post mor tem viri. Rubrica.

1 Verbum revertitur quid significet.
2 Res que subiacent restitutioni in constitutionis eventum nõ veniunt in generali obligatione.
3 Servum heredis restitutioni subiacentem heres an manumittere possit.
4 Res subiacentes restitutioni an possint alienari.
5 Gener institutus heres et gravatus de restituendo an possit dotis causa et donationis facere alienationem rerum restitutioni subiacentium.
6 Dos debet restitui pro modo facultatum.
7 Mulier quanto tempore potest infantem portare.
8 Mulier transiens ad secunda vota dicitur castitatem servare.
9 Mulier contra quam adulterium semel est probatum de facili presumitur adulterium cõmittere. 10.
11 Nuptie sunt legitime infra tempora luctus celebrate.

Decursio. Res que subiacẽt restitutioni in conditionis eventũ alienari vel obligari non possunt irrevocabiliter sed conditione existente habetur alienatio et obligatio p nõ facta nisi ex causa dotis vel propter nup. do. ante pmissarum
1 pro mõ facultatum et honestate personarũ. hoc dicit. ¶ †Ibi reverti. no. hic de verbo revertatur: qz significat translationẽ dñij ipso iure quod apparet qz ille in quem revertitur debet vẽdicare si sic nõ est in eũ translata possessio qz sicut tũc non posset vendicare cum possessio sit unum extremorum. vt. l. j. C. de aliena. iudi. ¶ Ibi ea enim. no. illud vulgare que communia sunt oĩbus preponẽda sunt his que singularibus sunt utilia.
2 ¶ †In glo. que incipit hanc primam dubitationem no. ex gl. quod in generali obligatione non veniunt res que subiacent restitutioni in conditionis eventum. et per hoc dico quod ille qui habet bona livellaria sibi concessa usqz in tertiam generationem finitam si omnia bona sua obligat non intelligemus
a obligata ista que subiacent restitutioni[a] in conditionis eventum. et ideo creditor non poterit se mittere in possessionẽ ipsorum virtute generalis hypothece. quod no. ¶ In glo. que incipit quod verbum. ibi sed dicas quod ista est vera sol. et confirmatur. ff. de lega. ij. l. cum pater libertus. in prin. Sed cõtrarium huius no. glo. et male. scilicet quod alienatio sit ipso iure nulla in. l. marcellus. §. res que. et ibi per Dy. ¶ In ea. gl. ibi. §. si quis filium. Vel dic ubi servus subiacebat restitutioni cum universitate ideo manumittitur ibi autem specialiter tunc secus. vt. d. l. generaliter. §. j. et l. servum de manumis. ubi glo. po
3 nit. Et predicta verba in servo testatoris. ¶ †Sed servũ heredis restitutioni subiacentem heres manumittere potest lz ad estimationẽ legatario teneat. vt. l. si quis inquilinos. §. j. de lega. j. et l. heres servus. ff. qui et a qui. hodie vero manumitti nõ põt servus testatoris subiacens restitutioni aliquo casu, per. d. § sed qz. C. cõia de le. et ita tenet glo. in. d. l. servũ filij. Tu dic qz si subiacet restitutioni pure manumitti non potest. vt. d. §. sed qz. Sed si sub conditione tũc aut solus aut cũ universitate. Si solus non potest manumitti. vt. d. l. servum filij ad trebel. Et predicta vera cũ res subiacet restitutioni ex ultima volũtate. Si autẽ subiacet restitutioni ex contractu tunc an et qñ possit alienari ꝯ̃e: vt. l. ea. C. de cõdi. ob. cãm. et de ver. sig. l. si ita qs. §. ea lege. Itẽ pdicta vera qñ res subiacet restitutioni sub cõditione si autem pure tunc semper alienatio nulla est. vt. d. §. sz qz. j. rñso. item predicta vera nisi ex causa dotis vel dona. pp ter nup. fiat alienatio per nostrũ. §. ¶ In ea. gl. ibi si ultra quartam qd intellige volente fideicõmissario vt tunc quatenus capit quartã valeat alienatio vt not. gl. in. d. §. res que hic alleg. Vel dic et melius qd ad quartã valet alienatio etiã eo invito. vt no. per gl. in. d. §. sed qz. C. cõmunia de le. alias si exigeremus voluntatẽ fideicõmissarij ille. §. serviret nobis de veto. ¶ In gl. que incipit. i. inveterata. No. hic de significato verbi longeva et inveterata et quanto tẽpore regnavit Iustinianus. ¶ In gl. que incipit: sed nõne. ibi si dotem iam accepit no. qz dicit iã accepit et sic patet qz non habebit locum in dote confessata nõ data unde si maritus fuisset cõfessus dotem habuisse pro ipsa dote cõfessata res que subiacent restitutioni non possent alienari et econtra si mulier fuisset confessa se habuisse do. propter nup. et veniat casus restituende donationis pp ter nuptias nõ poterũt alienari res mulieris subiacentes restitutioni pro illa donatione confessata restituenda qz est necesse quod ipsa mulier donationẽ recipiat. Per hãc gl. facit in. l. si. ff. qui po. in pig.
4 ha. l. assiduis. ¶ †Itẽ no. qz dicit iam. et sic patet qz adhuc pro dote danda vel donatione restituẽda vt res subiacentes restitutioni alienari possint est necesse qz obligatio dotis vel donationis dande precesserit gravamen. Nam si postqz filia que est de restituendo gravata vellet de bonis que subiacẽt restitutioni restituere per se non posset. sed si eam promisisset dare marito anteqz esset gravata et postmodum dum heres instituitur et gravatur bene potest dotem per se marito pmissam solvere de istis bonis. et idem in filio. qz si postqz promisit uxori sue don. ppter nup. fuerit institutus et de restituendo gravatus põt de bonis subiacentibus restitutioni donationẽ solvere, et si vellet postqz est institutus et de restituẽdo gravatus facere uxori donationẽ pp ter nup. tunc non posset apertius. s. eo. §. hoc igit.
5 et ita intelligitur iste. §. et aut. res que. cõia de lega. ¶ †In ea. glo. in si. no. bene illũ nãqz an genero instituto herede et gravato de restituendo possit dotis causa et donationis facere alie
6 nationem rerum que subiacent restitutioni. ¶ †In gloss. ibi que incipit super verbo maritata subaudi. no. ex ista gl. et text. dotem debere restitui pro modo facultatũ et honestatis personarũ vt hic et. l. sive gñalis. C. de iure dot. et. l. si liberte. et de leg. §. et per hoc patet responsio statuti dicentis qz femina masculis existentibus non succedat licet debeat dotari qualiter dos debeat cõstitui reliqua super isto. §. vide per Cy. in. d. aut. res que. sed glo. ponit ibi aliud qd etiam in dote cõstituenda possint res que subiacerent restitutioni alienari si cõstituerit pro modo facultatum et honestatis personarũ et non in fraudem illorum quibus restitutio debet fieri. Et iste intellectus potest pbari hic dũ dicit text. pro modo facultatũ redderet qz si esset primo dos constituta in restitutione non est necesse qz pro mõ facultatum redderet. sed quantũ accepit debet restituere nisi pactũ fuisset et ideo de necessitate debet intelligi in constituendo dotem que debet constitui pro modo facultatum.

Hec igitur. Ista habẽt locũ in futuris nõ in preteritis. Itẽ mulier de restituẽdo gravata non constituat de novo ex rebus subiacentibus restitutioni dotem vel vir donationem propter nuptias. hoc dicit.

Unum. Mulier infra tpa luctus nubẽs ita qz sit certum ex primo matrimonio sobolẽ non existere illis penis punitur quas patit' nondo nubens infra tempora luctus et etiã distinctio. h. d. Et iste pene etiã locũ habent qñ non corrigitur per dictum apostoli de nuptijs mẽtionem
a fecit. Ista aũt steterit in fornicatiõe ergo remanent incorrecte. vt. l. precipimus. de ap. et de testi. l. sancimus. et. s. de admini. tu sa. pa. §. si. Idẽ in muliere transeunte ad secunda vota non petito tutore. nã similiter in ea hoc non cessat per dictũ aposto
7 li vt no. Hosti. in. c. si. de secun. nup. ¶ †Itẽ quãto tpe mulier portare possit not. hic et per Cy. in. l. septimo mense de sta. ho. ubi ipse recitat quãdã exemplar sive epistolarem paginam a magistro gentile de fulginio sibi transmissam dũ ipse haberet consulere. ¶ Itẽ ẽ pene huius. §. non habent locũ nisi muliere fornicante infra tẽpora luctus si aũt fornicaret postea iste cessant. vt no. hic glo. super verb. maligne etiã si mulier fornicata fuisset assumpta tutela filiorũ et non petito tutore illas penas sustinet quas sustinet mulier trãsiens infra tempora luctus. vt. s. de nup. §. si aũt tutelam. et in aut. eisdem penis. C. de secũ. nup. et si mulier fornicãs non petito tutore istas penas nõ patitur et hoc videtur esse de mente gl. super verbo legitima. qd singulariter no. in tex. ibi suspitionẽ. not. penam statuti ratiõe suspitionis. et sic facit contra consiliatores vt legitime cõsinctur ratione suspetionis quia ratiõe suspitionis dari potest vt hic. ¶ Item no. quod ubi pena imponit' ratione suspitionis criminis multo fortius venit imponenda pena ubi crimẽ est cer- b
8 tum cõmissum esse. ¶ †Ibi castitate no. mulierem castitatem observare etiam si transit ad secunda vota etiam infra tempora luctus quod intellige nisi iurasset matrimonium non contrahere quia tunc ratione periurij castitatem dehonestat atqz
9 corrumpit. vt. s. de nup. §. si autem tutelam. ¶ †In gl. s. tunc
b ibi presumitur no. contra mulierẽ[b] contra quã semel adulterium est probatum vt presumatur ipsam de facili adulterium committere. ¶ In glo. que incipit idem dico. no. ex ista glo. quãto
c tempore mulier potest portare filios[c]. ¶ †In glo. que incipit
10 hic collige hoc est verum quando est manifestum quod nullo modo celari potest de quo plene in. c. manifestum. et in. c. de manifesto. ij. q. viij. de quo per docto. in. l. j. C. qui et adver. quos.
11 ¶ †In glo. que incipit. primas. i. legitimas nota legitimas c esse nuptias que infra tempora luctus contrahunt et hoc verũ in se. Sed ex quo mulier nubit festinanter tũc illegitime. ideo mulier punitur. ¶ Per hoc patet. quod si aliquid agitur uno modo legitime et alio modo illegitime qd eo modo quo agitur illegitime punitur secus agitur omni respectu legitimeqz tunc puniri non potest. vt. l. gracchus. C. de adulter. ¶ In eadem glo. in fin. subaudi quod fornicatur post tempora luctus

a ¶ Obligatio nõ contrahit' super rebus exẽptis a nr̃o commercio. vt no. Alex. in. d. l. inter stipulãtẽ. §. sacrã. ff. de ver. ob. et si res q̃ subiacet restitutioni alienet' an teneb it alienatio. vid̃ socī. in consil. cc. xxvij. incip. pñs consultatio pulchra ver. nu. cõsirmatur cũ le. in. ij. parte char. cj. et Fel. in. c. venerabili. de offi. dele. in fi. j. col.

b ¶ Cõtra mulierẽ. Adde qz presumptio de preterito fuerit in futurũ vt no. in. l. si quis. ver. mulier enĩ. C. de adul. vide Fely. in. c. mandata. in princ. extra. de psumptio. et in. c. scribebam. eo. ti.

c ¶ Portare filios. Vide ð hoc per Alex. de tuto. l. cũ quidam. §. suus. ff. de acqui. here. et Bar. in. l. gallus. ff. de libe. et posthu.

vt dixi.§.proxi.§.

¶ De tabellionibus. Rubrica.

1 Tabellio qualiter instrumentum conficere debeat.
2 Instrumentum mentionem faciens de numero testium probat testium presentiam.
3 Iudex potest examinare testes in cā criminali ex suo officio.
4 Testes reddendo causam sui dicti dicentes quod presentes fuerunt: dicuntur sufficienter causam reddidisse.
5 Tabellio vt possit instrumenta conficere debet rogari.
6 Tabellio non potest alteri cōmittere completionem suarum rogationum etiam ex causa infirmitatis vel aliquo iusto impedimento.7.
8 Tabellionem creandi quis habeat autoritatem.
9 Signum tabellionis debet apponi in fine instrumenti.
10 Tabellio an rogari debeat ab vtraque parte.
11 Tabellio presumitur esse rogatus licet in instrumento non appareat.
12 Testis an presumatur rogatus si de hoc in instrumento non apparet.
13 Instrumentum est cautius si in eo sint signa diuersorum tabellionum.
14 Illiterato impossibile est cognoscere instrumenta.
15 Fides instrumenti vbicunque vacillat semper recurrendum est ad protocollum.

1 Item paulo ante.† Tabellio non debet instrumentū conficere nisi sibi de eis conficiendis per partes mandetur et p ipsum scribatur et audiat omnia verba contrahentium. Et qui alteri instrumentum conficiendam scribendumque mandauerit de quo ipse fuerit rogatus si fuit stationis magister cadit a statione. et discipulus cui hoc scribendum iniunxerit locum et autoritatem eius tenebit si idoneus fuerit. alias loco dicti magistri alius discipulus sufficiens subrogatur. redditum vero stationis magister perdet. Item in ciuitate Constantino. nullus magister stationē tenere potest nisi vnum discipulum contra faciens punitur. nec debet dictus magister instrumenta scribenda sibi iniuncta ipsi discipulo mandare sed ipse scribere debet. et si contrafecerit punitur. et instrumentum publicum a discipulo scriptum ob vtilitatem publi vitiari non debet. hoc dicit. ¶ Ad euidentiam scias qd illa. l. est generalis omnibus terris et omnibus hominibus preterqꝫ in duobus casibus qui dicuntur. §. e. versi. vt in quibus. l. ista est localis in ciuitate Constantino. et hoc sentit glo. hic su-
2 per ver. in omnibus. ¶ † In tex. ibi ostendens presentiā no. si instrumentum facit mentionem de numero testiū quod per illud instrumētum probatur et ostenditur testium presentia et hoc est ideo, quia numerus testium de solennitate instrumenti est. sinautem instrumentum faceret mentionem de eo quod nō est de solennitate instrumenti tunc per hoc instrumētum non probat istud vt patet in finibus prebendarum nisi forte inter ipsos cōtrahentes. vt. l. optimam de contrahen. et commit. stipu. et. l. cum aliquis. de mce de lib. ¶ Ibi loquebatur not. scripturam loqui illud quod apparet in ea scriptū. et idem est in legibus. vt patet in omnibus aut. que incipiūt hodie. ¶ Ibi veritatē no. etiā in causa ciuili qñ dr instrm non esse verum iudex aditur et ex officio suo veritatē potest inuestigare. vide qd not. glo. in. l. as apud quē. C. de eden. et hoc no. C. de sal. l. vbi hic di-
3 cit Bar. † qꝫ iudex potest examinare testes in causa criminali
4 ex suo officio de quo p eū in. l. si nō defendat. ff. de pe. ¶ † Ibi pñte no. istū tex. pro testibus qui reddendo causam sui dicti dixerunt qꝫ presentes fuerunt et sufficienter dicunt causam reddidisse: lꝫ non dixerint et viderint quod audiuerit [a] vel intellexerint. p quo facit. j. de fide instru. §. oportet. ar. sed si est contra. ff. de ar. l. item pferre. §. coram et de hoc vide no. Bar. in ti. ff.
5 de aut. tu. ¶ † Ibi adiungat. no. tabellionē semper debere esse rogatū vt possit instrumēta cōficere. quod qualiter intelligat
6 dic vt hic in glo. notabili. ¶ † Ibi per egritudinē. Ex hoc patet qꝫ etiam ex causa infirmitatis et aliquo iusto impedimento nō potest tabellio alteri cōmittere cōpletionē suarū rogationū. [b] et hoc est verum dū viuit: sed in testamēto hoc facere pōt.
7 vt in. c. cū. p. tabellio. de fi. instru. † Et no. qd dico qd nō potest cōmittere cōpletionē rogationū suarum: sed si rogationes sue complete essent in suo protocollo et tabellio esset impeditus restituere in publicam formam instrumentum partibus manu sua scriptum fm formā protocolli. tunc bene potest alteri cōmittere et mandare vt instrumētū ex protocollo sumat et ipsis partibus restituat in publicam formā et postea mandans ipsum subscribat et ita perusiū de consuetudine seruatur. pro hoc qd
8 no. dr. C. de offi. consu. ¶ † Ibi magistrum census no. magistrum census habere autoritatem creandi tabellionē. Qui autem hanc autoritatē habent. no. Spe. titu. de instru. edi. §. nūc videndum est. versi. quis potest sed tabellio creatus a papa an in terris imperij et econtra pōt conficere instrm̄ta. dic vt. d. §. ver.
9 quid de his que fiunt ab epo ibi oino vide. ¶ † Itē an instrumentū debet habere in fi. signum tabellionis dic qꝫ sic nisi cōsuetudo aliter se habeat vt. l. nemo. de offi. asses. no. Spec. in. d. ti. §. i. ver. an si. autem instrumēti. Item an sufficiat qꝫ tabellio sit in quasi possessiōe officij tabellionatus presupposito quod nō ostendit instrumētum tabellionatus dic qꝫ sic. vt not. Inno. in. c. dilectus. de fi. instru. et Spec. in preallega. ti. §. postremo ver. quid ergo si tabellio in glos. que incipit: id est ipsis. not. in casibus quatuor et generaliter vbicunque per dispositionem requiritur in celebratione actus determinatus numerus testiū ibi requiruntur testes rogati. vt no. gl. in. l. si. ff. de repud. quod non verū videtur. nam in codicillis et in donatione causa mortis requiruntur quinque testes et sic numerus determinatus requirit et tamen sufficit si non cogentur. vt. l. si. C. de codicillis.
10 ¶ † In eadem glo. sed nunquid est necesse. an hic sit necesse tabellionem rogatum fuisse ab vtraque parte an ab vna sufficiat an vero tabellio de mandato vnius possit scribere iniuriam mandati illatā ita qꝫ talis iniuria per tale instrumentū pbet-
11 dicam. j. de fide instru. ¶ † In ea. gl. ibi postremo. no. tabellionem presumi esse rogatum licet hoc in instrumēto non appareret sed quomodo hoc cum hec sit solēnitas extrinseca que nō presumitur vt. l. quodcunque. de publi. et. l. sciendum de verbo. oblig. dic qꝫ est solēnitas formalis que semper presumitur. vt
12 initi. de ꝯtrahen. emp. §. pretiū. ¶ † Quid aūt si in teste vtrū presumatur rogatus si instrumentum hoc non dicit. dic qꝫ non qꝛ est solēnitas extrinseca materialis et ideo non presumitur de quo no. in. l. heredes pala. ff. de testi. Quid aūt si instrm̄ dicit testibus vocatis et nō dicit ad hoc vtrum presumant ad hoc vo-
13 cati. dic qꝫ sic. vt. l. pretor. §. i. ff vi. bo. rap. ¶ † In gl. que incipit caue tibi. no. instrumentū est cautius cū multa signa in eo sunt et diuersarū tabellionū et sis semper cautus cū facis contractum cum aliquo forensi et instrumētum habes mittere in partes extraneas vt semper facias dictum instrumētū scribi per publicum tabellionem et subscribi per tres tabelliones honestos et singulari eorum signis ad hoc vt non possit negari in-
14 strumentum esse scriptum manu tabellionis. ¶ † In glo. que incipit ad facile ibi quia inconuincibilis. no. ex illa glo. qꝫ illiterato impossibile est cognoscere instrumētum an sit illud de quo queritur. Et hic no. ad testē illiteratum qui dicit qꝫ vidit instrumentum publicum in quo continebatur refutatio iurꝫ. nam cum sit illiteratus ex suo testimonio falsitas redarguitur seu conuincitur. qꝛ impossibile est sibi vidisse quod cōtinet in instrumēto ex quo illiteratus est. item no. ex illa gl. a quibus compellitur illiteratus. sed an repellat a clericatu. dixi in. §. idiota hic alle. in gl. que incipit hoc argumentū. ibi vel dicas. hec vera et approbata per gl. in. c. cū. p. tabellio. de fi. instru. in glo. in fi. dic aut causa pp̄ter quā tabellio priuat ab officio reddidit tabellionem inhabilem et incapacem officij. vt est cū dānatur de falso. et sic infamis efficitur vel deportat. et sic efficit seruus pene et tunc instrumenta per eum confecta nō valent. nisi cōmuniter reputaretur capax vt quia sua condēnatio vel deportatio ignoratur. nam tunc cōne cōis erroris et publice vtilitatis valebunt instrumenta si ea cōficiebat in loco in quo sibi poterat concedi tabellionatus officium et ita intelligo. l. barbarius. ff. de offi. pretō. Si vero priuat officio pp̄ter cām que ipsum non reddit incapacē officij: vt in exēplo hic in glo. tūc priuatus officio instrumēta postea confecta teneant. et ita procedit hec glos.

Illud quoqꝫ. Tabellio debet primo instrumentum in protocollo redigere ponēdo diem instrumenti celebrati et omnia oportuna et ex charta contractum scribere per extensum. et aliter non tenet instrumentum confectum quod habet locum in ciuitate constantino. et sic iste. §. est localis nec hodie habetur in vsu sed tabelliones faciunt librum eorum in quo registrant omnia instrumenta deinum in alia charta scribunt contractus et ipsos partibus restituunt que consuetudo seruanda est cum sit optima
15 legum interpres. vt. l. de quibus. ff. de legi. ¶ † Et no. ex isto. §. quod vbicunque fides instrumenti vacillat semper recurri debet ad protocollum vltimo no. de significatione huius nominis protocollum ꝛc.

[a] ¶ Quod audiuerit an testi in reddendo cām dicti sui sufficiat dicere se fuisse pñtem nisi dicat etiam se vidisse. vide Alb. in. c. peruenit. ij. de testibus cogē.

[b] ¶ Rogationū. Tabellio nō pōt delegare instrumenti confectionē. vt no. in. l. gñaliter. C. de tab. li. xi. et extra. de fide instru. c. pe. vide Bal. in. c. cū. p. tabellio de fide instru.

Collatio quinta.

De ecclesiasticarū

¶ De ecclesiasticarum immobilium rerum alienatione. Rubrica.

14 iubemus cum si.¶ †Sed quero ex quo debito privaf et rema
nebit curator.De hoc fuit opiniones,veritas est q nō rema
net curator quia verba huius legis sunt prohibitoria et ita te
nuit glos.in.d.autē.minoris.et hoc probatur ex litera dum di
15 cit ad civitatez eius accedat.¶ †Sed quero si deiussi pro titio
tutore qui tutelam certo tempore ministravit et sic obligatus
erat pupillo ad reddendum rationem tutele: decessit Titius
vel alter a tutela revocat an ego fideiussor potero esse tutor
pupilli videtur q sic.vt.l.ratione de tutoribus et cura.da.ab
his.¶ In contrarium est veritas nam ex quo sum fideiussor
sum debitor.vt.l.blāditus.C.de fideiusso.et.l.magis.ff.de sol.
et lex loquitur in quolibet debitore et ita fuit hic iudicatum de
16 facto.¶ †Ultimo queritur an habens res communes cū pu
pillo possit esse tutor.dic vt no.gl.in.d.auten.minoris.

Quoniam autem. Curator pupilli pecu
niam mutuare nō co
gitur et si eam mutuaverit infra duos menses post annum fe
nerari cogitur et periculum pertinebit ad cum.hoc.d.¶ In
glo.que incipit quid ergo Ibi arguitur q non est verum ho
die cum vsure sint illicite.sed olim quia vsure erant licite per
tinebat lucrum ad ipsum pupillum.vt.l.actus legi.de te.tu.
Nec ob.vbi est damnum ibi debet esse commodum. sed tutor
patitur damnum si debitor efficitur nō solvendo q nunq pa
titur damnum nisi culpa precedat.vt.l.debitoribus.C.de ad
mi.tu.et sic non obst.contrarium.

Si vero habet. Si minor habet sufficiētes
reddit9 eos tutor et curator
expēdit.Sed si superabundat residuum debet tutor vel cura
tor reponere.Sed si solum pecunias minor habet in bonis de
bet curator tantū fenerari q sufficiat ad victū et reliquū pre
diorum comparatione expendere que habeat redditus opu
lentos et venditorem idoneum alias esset periculum eorum.

Si vero tantum. ¶ Si pupilli quantitas
sit modica adeo q ex red
ditibus pecunie ipsius pupilli pasci non possit debet tutor et
curator illud facere quod in suis faceret. Nam hoc faciendo
17 prestat iuramentum hoc dicit. ¶ †No.q tempore quo quis
tutor vel curator decernitur debet iurare ad sancta dei evan
gelia corporaliter tactis scripturis vtilia facere et inutilia pre
18 termittere dumtamen sit licitum vti veritate. ¶ †Et no.hoc
et semper sis cautus q tutor vel curator tangant scripturam
alias decretum esset nullum.Et idez esset in omni curatore vt
hic singulariter gl.dicit quod nota.Debet etiam promittere
rem pupilli salvam fore etiam si sit curator ad litem vel sit ali
ter curator specialis.vt.l.si ad specιem.ff.rem pupilli sal.fo.et
ibi no.glos.excepto tutore testamentario et dato ex inquisitio
ne qui non satisdat.vt insti.de satisda.tu.in prin. Item debet
promittere pupillum sine vlla cunctatione defendere.vt.l.si.§.
defensionem.C.de admi.tu.et ideo sis cautus qd hoc ponatur
19 in instrumento tutele vel cure.¶ †Ultimo no.quando de tu
toris vel curatoris mandato dubitatur ita admittitur cū cau
tione de rato sicut procurator de cuius mādato dubitatur.tex.
est in.l.vulgo.ff.de admi.tu.ibi autem certum est de tutela vel
cura.non satisdat de rato nec de iudi.sol.vt.l.si.§.defensionez.
de admi.tuto.

¶ De instrumentorum cautela et fide et c. Rubrica.

1 Tabellio dissimilibus signis vtens an convincatur de
falso.
2 Scripturam negans esse suam cogitur aliam scribere an sit
sua vel ne.
3 Iudex qualiter iudicabit de cōparatione literarum 13.14.
4 Dies et locus an sit de substantia cōtractus pvati instrumēti.
5 Genus instrumentorum est duplex.6.
7 Testibus an instrumento cui plus credatur.
8 Instrumentis ita potest fides imponi per testes non descri
ptos in instrumento sicut per descriptos.
9 Coniectura omnis dicitur semiplena probatio.
10 Notarius in instrumento suum signum apponere debet.
11 Instrumentum vt sit publicum que requirat.
12 Numerus testium vbicunq requiritur: semper testes debent
rogari.
15 Instrumentum vbi est insinuatum de partium voluntate: ha
bet eternam rei memoriam.
16 Differentia que sit inter paucas literas scientes et illiteratos.

¶ Ista rubrica dividitur.quia primo ponit de cautela exigē
da in instrumentis conficiendis,et de fide instrumētorum pri
vatorum confectorū tam in contractu depositi q in aliis.Se
cundo ponit de instrumentis publicis confectis.Tertio qua
liter ponatur fides privatis documentis per comparationez.
Quarto ponit de instrumentis confectis ab illiteratis vel a
scientibus paucas literas.Quinto ponit de contractibus nō
redactis in scriptura.Sexto ponit de cōtractibus vsq ad vnā
libram auri.Septimo d contractib9 qui fiunt in agris.Octa

no quot comparationes locum habeant in contractibus ⁊ in-
strumentis post hanc legem conditis ⁊ condendis. secunda
ibi ⁊ de instru. tertia ibi collationibus. quarta ibi de exposi.
quint. ibi de non scriptis. sexta ibi de contractibus. septima
ibi. de contractibus. octaua ibi ⁊ vt in documentis. Et quali-
bet pars rubrice habet partes suas in titulo vt infra patet de-
scendendo ad nigrum.

Nouimus. Iustinianus primo recitat quasdam suas leges que li-
terarum comparationem permittunt. Secundo recitat le-
ges illius imperatoris qui fuit ante eum que compa-
rationes literarum fieri prohibeant. Tertio inferendo ponit
exemplum cuiusdam questionis que de facto in armenia occurrit. Quar-
to immiscet vnum dubium. Quinto consulit qualiter instrumentum
priuatum depositi vel alterius contractus fiat. secunda ibi qua
quidam. tertia ibi quoniam igitur. quarta ibi. quia igitur. quin-
ta ibi si quis igitur. ¶ In tex. ibi literarum dissimilitudinem.
Quandoque inducit temporis mutatio. Quandoque calami attramen-
1 ti aut charte mutatio ⁊ hoc nota. ¶ †No. pro tabellione qui re-
peritur scripsisse multa instrumenta cum signis dissimilibus vt non
propter hoc condemnetur de falso. Nam hec dissimilitudo pote-
rit generari temporis calami atramenti ⁊ charte mutatione.

Si quis igitur. Volens caute deponere aut cuiuslibet alterius generis
instrumentum conficere tres idoneos adhibere debet cogno-
scentes contrahentes ⁊ se subscribentes ita quod literarum compa-
ratione ⁊ testium depositione fides instrumento imponatur. Et
si testes a comparatione discordant in pectore iudicis est an testi-
bus an comparationi velit potius fidem adhibere. Per hoc intel
ligitur quod quis committere se fidei sui amici contrahentis secum. h. d.
⁊ hinc est sumpta autentica si quis vult caute. C. qui potio. in
2 pigno. habe. ¶ †Ibi coactus est. Nota singulariter hunc tex.
quod negans scripturam esse scriptam manu sua propria potest cogi
precise ad scribendum aliam vt appareat an illa scriptura sit ma-
3 nu propria an non. ¶ †Ibi per omnia similia no. bene illum tex. qui dat
doctrinam quod iudex debet iudicare ex comparatione literarum scri-
pturam manu eiusdem hominis scriptam esse. Nam tunc iudicare
debet: cum scripture per omnia apparent similes. Si autem in aliquo
apparent dissimiles licet in multis appareant similes. ¶ Ibi
presentibus no. istum tex. quod testi qui dixit vera esse interroga-
tus de causa scientie dixit quia presens fuit vt probet licet non di-
xerit se vidisse. Concordat. j. proximo. §. ⁊. j. eod. §. oportet. de
quo per Bar. in. l. j. de aut. tuto. in fi. ¶ Ibi sed solis non facien-
te not. quod quis non debet stare soli comparationi literarum nisi
5 habeat confirmationem testium quod intellige cum contractus ex-
cedit libram auri. vt in aut. si contractus. C. eo. ¶ Ibi iudicantis
prudentie. no. committi iudicantis prudentie vtrum voci viue an
mortue stari debeat. ¶ In glo. que incipit improprie. not. de
significatione verbi dare. nam proprie significat translationem
dominii vbi autem apponitur in contractu de cuius natura non venit
translatio domini vel possessionis vt in contractu depositi dicendo
quod dedit in depositum. tunc intelligitur dedit improprie per hunc
§. Dicitur hic quod tres testes requiruntur fide digni qui cognoue-
runt contrahentes. Contra videtur quod duo sufficiunt ⁊ per duos pos-
sit contractus probari. vt. l. vbi numerus. ff. de testi. ¶ Sol. ad
substantiam contractus in priuato instrumento nulli testes requi-
runtur vt. l. cum tabernam. §. itaque. de pigno. ¶ Item ad pro-
bandum contractum duo testes sufficiunt: sed quo ad hoc vt
ex instrumento possit veniri ad comparationem literarum re-
quiruntur tres testes secundum mentem istius. §. ⁊ hoc fuit de
mente gl. Ex quo no. quod de substantia instrumenti non est te-
stium appositio. Et ex hoc dicit glo. quia si sunt mortui testes
instrumenti priuati nunquam deuenitur ad comparationem lite-
rarum vt in hoc. §. In instrumento autem publico testes bene
sunt de substantia. vt. j. eo. ver. sed ⁊ si instrumenta. C. de tabul.
l. generali. ⁊ de tabel. circa princi. ⁊. l. insigentium. §. quod fere. ff. de
4 pac. ¶ †Sed tunc quero an de substantia contractus priuati in-
strumenti sit dies ⁊ locus. Dic quod sic in legitimatione filiorum na
turalium est de substantia vt. j. q. mo. natu. effi. legi. §. Grtum vero.
In aliis vero casibus si queramus an sit de substantia quoad
obligationis substantiam dico quod non nam sine die ⁊ certo
loco contrahi obligatio potest. Neutrum enim de substantia
quo ad obligationem. vt. l. obligationum fere. §. penultimo. ff.
de actionibus ⁊ obligationibus ⁊ de pignoribus. l. cum tabe
nam. §. i. Aut querimus an sit de substantia quo ad probatio-
nem prioritatis temporis ⁊ tunc dies est. nam cum prioritas
consistat in tempore non potest probari si tempus non adest.
vt. l. creditor. C. qui potiores in pignoribus habeantur. Aut que-
rimus an sit de substantia quo ad probationem debiti. ⁊ tunc
sufficit sine die. vt. l. publi. ff. depositi. ¶ Vlterius opponitur
quod duo testes sufficiant ad probationem priuate scripture cum
agitur personali vbi autem agitur hypothecaria tunc requiruntur
tres. vt. l. fi. C. qui potiores in pign. habe. ¶ Quinto tunc dicunt
quidam quod illa lex per hunc. §. corrigitur: sed hec repro-
batur per literam hic que dicit quod per hunc. §. probationes non
abbreuiantur. ideo dic quod in isto. §. dicitur quod ad comparationes
literarum peruenitur ad quam non potest perueniri subsistentibus
aliis probationibus. ⁊ ideo requiruntur tres testes. Vbi autem alie
probationes subsunt sufficiunt duo qui probent instrumentum
esse verum ⁊ tres cum agitur hypothecaria. vt. l. contra tria. ⁊
hoc sentit glos. super verbo enim. Ex quo no. quod comparatio lite-
rarum nunquam potest fieri cum sunt testes per quos potest proba-
ri instrumentum. Sed contra istud multum facit infra proxi-
mo. §. in versi. sed solis vbi dicitur quod soli comparationi literarum
non creditur. licet augmento testium confirmetur. Si enim
testes superfunt necessarie non est comparatio. quia fides in-
strumento non potest imponi per ipsos testes. Aut testes non
supersunt. ⁊ non potest augmentari comparatio testibus. Sed
dic quod non obstat concedo enim quod vbi omnes testes supersunt
per quos potest instrumentis plena fides imponi quod ad
comparationem non deuenitur. nam comparatio est remedium
subsidiarium ad quod non deuenitur nisi in subsidium aliarum
probationum. Vbi vero testes haberi non possunt per quos
potest instrumento plena fides imponi tunc deuenitur ad com-
parationem literarum ⁊ statur comparationi. ⁊ soli compara-
tioni statur si contractus est infra vnam liberam auri. Si vero
est. j. vnam libram auri tunc non statur soli comparationi nisi fir-
metur saltem augmento vnius testis. vt. j. §. i. ⁊ sic intelligitur aut.
si contractus. C. eo. tit. ¶ Et not. plene quando deuenitur ad
comparationem literarum ⁊ ex quibus instrumentis vt scias.
5 ¶ †Premitto quod duplex est genus instrumentorum vnum pri
uatum aliud publicum. Publicum autem dicitur quatuor mo
dis. vel ratione forme ⁊ manus. vt quia scriptum est a tabellio
ne publico. ⁊ publicam formam habet. Et de hoc loquitur ti-
tulus supra vt prepo. nomen imper. ⁊ de tabellio. vel quia in iu
dicio publicatur. ⁊ de hoc in. l. publicati. C. de testa. vel quia ex
archiuo publico sumptum est tunc dicitur publicum ratione
loci de quo loquitur aut. ad hec. C. eod. Vel quia scriptum sit
manu priuati de autoritate iudicis ⁊ istud appellatur foren-
se instrumentum de quo loquitur. c. quum contra. extra de proba.
restat pro instrumento priuati. ⁊ de hoc instrumento loquitur iste. §.
Hoc premisso scias quod si ille contra quem producitur scriptura
confitetur debitum ⁊ scripturam. ⁊ tunc ad comparationem non de-
uenitur. quia frustra actio esset. sed confitenti fit preceptum de soluen-
do. vt. l. debitori. ff. de iudi. Quandoque confitetur debitum sed scriptu
ram negat. ⁊ tunc similiter non fit comparatio cum esset frustrato-
ria. sed fit simpliciter preceptum de soluendo cum scriptura non
est de contractus substantia: vt. l. satis. C. eo. l. non tecum. C. de con
trahen. empt. Quandoque confitetur scripturam, debitum ta-
men negat. ⁊ tunc similiter non deuenitur ad comparationem
quia frustra fit comparatio ex quo scriptura confessatur. Sed quali-
ter debeat tunc procedi ex quo debitum negatur debet distin-
gui an scriptura emanat super causa de preterito. an super cau-
sa de futuro. De prima loquitur. l. generaliter. C. de non nume-
rata pecu. De secunda. l. in contractibus. C. eo. titu. Quandoque
negatur scriptura ⁊ debitum. ⁊ hoc casu loquitur. §. noster: ⁊
tunc deuenitur ad comparationem aliquid. ⁊ vt deueniri pos-
6 sit sunt tria necessaria. ¶ †Primo quod instrumentum priuatum
ex quo vel ad quod fit comparatio sit solemnizatum subscri-
ptione trium testium. vt hic. ⁊. C. eodem. l. comparationes: li-
cet quidam dixerint quod scriptura ex qua fit comparatio non ha-
beat necesse habere dictam subscriptionem trium testium: vt
no. glo. in d. l. comparationes. ⁊ hec est vera. ¶ Secundo requi-
ritur quod non supersint alie probationes per quas plena fides in-
strumento priuato possit imponi. vt. j. eod. §. si vero nullus. ⁊
hoc tenet glos. super verbo termino. ¶ Tertio requiritur quod
testes instrumenti supersint ⁊ quod non sint mortui. vt. j. eo. §. si ve-
ro moriantur. ⁊ hoc tenet gl. hic super verbo causa. Compara-
tioni autem soli creditur si contractus est infra libram auri si su-
pra nullo modo creditur nisi talis comparatio vno teste firme
tur: vt. j. eodem. §. sed ⁊ si quis. Ibi augmento testium confir-
manda. ⁊ hec vera in instrumentis priuatis non insinuatis.
si autem insinuata essent de partium voluntate nunquam neces-
saria esset comparatio sed ris debet fieri de necessitate: vt. j.
eo. §. de quibus. Item predicta non vendicant sibi locum in
instrumentis publicis in quibus ad comparationem veniri
debet si testes instrumenti publici sint mortui vel absentes
vel aliter de facili haberi non possunt nec etiam tabellio ⁊ de-
bet sacramentum prestari per petentem quod non malignantis
causa

causa ductus comparationem petit: vt. l. s. eo. §. si vero. Nec est
necesse q tale p[illegible] instr[illegible] habeat trium testium
subscriptionem. vt. l. eod. §. sed et si instrumenta. et hoc si instru-
mentum est scriptum manu ipsius tabellionis. Si vero tabel-
lio scripserit ipsius per suum discipulum debet deueniri ad
comparationem ita demum si non superest discipulus vel ha-
beri nõ potest vel proferet a instrumẽti q appellat numerari
prestito semp sacramento q nõ calũnie causa petitur: s. eo.
§. in his. In his vero est necesse q illud instrumẽtũ sit solẽne.
alias nõ possit quo ad id fieri cõparatio vt no. Ex. C. eo. l. cõpa
ratiões. facit. s. eo. §. sed si instrumẽta. ¶ Modo habet: i. q si po
test vel debet ad cõparationẽ deueniri et q si solo comparationi
debet stari. Est videndũ ex quibus instrumẽtis possit fieri cõpa
ratio. dic q priuato solẽnizato ad priuatũ et de priuato ad pu
7 blicũ, vt plene no. p gl. in. d. aut. ad hec. C. eo. ¶ † Ultimo an
8 magis testibus an instrumento[a] credatur. glo. hic super verbo
iniurandũ aliquid dicit non tñ perfecte. Ideo tu plene dicas
videlicet q in his que non possunt probari nisi per instrumen
ta. vt in casu. l. 4. C. de iure emphy. et C. de sussrra. lib. x. et in om-
nibus no. per glo. C. de pactis. l. pactum quod bona fide plus
creditur instrumento q̃ testibus vt ibidẽ no. In his que non
possunt probari nisi per testes vt regulariter in delictis tunc
creditur potius testibus q̃ instrumentis: vt. l. iij. §. idem diuus.
ff. de testi. Ibi testibus et non testimoniis. in his vero que pro-
bari possunt per instrumẽta et testes nõ aduersant instrumen-
tis et econtra parem fidez esse instrumentorũ et testium vt. l. in
exercendis. C. de fide instru. et q quicqd poterat probari p in-
strumẽta et idem p testes vt ibi probatur. si vero adinuicem ad
uersant tunc est tale quid q̃ non potest faciliter commendo-
ri vt est numerus annorum tunc credit magis testamẽto q̃ te
stibus: vt. l. ij. C. de his qui veni. eta. impe. Aut potest faciliter
cõmendari memorie: et tunc aut est factum de proximo aut de
longinquo. Si de longinquo tunc magis creditur instrumen-
to: q cum memoria hõis fragilis sit. pp̃ter tpis longitudines
presumitur oblinio: vt. l. quicũq. C. de seruis fugi. et ideo tunc
magis creditur instrumento q̃ testibus ar. C. de vete. iu. enuc.
circa prin. Aut factũ est de proximo. et tunc si duo testes in-
strumẽti deponunt contra instrumentũ credit testibus nõ in-
strumẽto. l. cũ precibus. C. de proba. et C. plus valere q̃ agit. l.
fi. ¶ Itẽ credit duobus potius q̃ instrumento si p obliquum
dicunt cõtrarium instrumẽto. l. optimã. C. de contrahẽ. et com-
mit. stipu. ¶ Pauciores vero fidẽ instrumẽti faciunt vacilla-
re non aũt ipsum impugnãt. vt no. per Inno. extra. de fide in-
stru. c. cũ p. tabellio. et hoc cũ testes instrumenti deponũt con-
trariũ instrumẽto. si autẽ alij testes dicerent contrariũ tunc
in arbitriũ iudicantis est cui potius velit fidẽ imponere atten
dendo q sit verisimilius negocio. ar. l. iij. §. idem diuus. ff. de
8 testi. ibi quanta fides et c. ar. huius. §. ¶ † Ultimo ex isto. §. sed
et si quia in versi. siue alij. Not. q instrumentis potest ita fides
imponi per testes non descriptos in instrumento sicut per de
scriptos. q̃ no. in glo. q̃ incipit alis interuenit. sed illud est ve
rum de iure antiquo. sed illa lex corrigitur per. l. generaliter.
C. de iureiuran. per gloss. Et ideo quia nemo cogitur iurare
9 vel referre. ¶ In eadem glo. ibi semiplena probatio. ¶ † No.
q omnis conicctura dicitur semiplena probatio. Et ex hoc
no. q producens pro se instrumentum priuatum dicitur semi-
plene probare adeo q in defectum probationis potest petere
iuramentum sibi deferri.

Sed si instrumento.

Notarius anteq̃ in fine instrumenti sui nominis faciat mentionem sine subscriptione scribat
nomina testiũ et iudex aduertere debet similitudinem et dissi-
militudinẽ literarum et etiã signum tabellionis hoc. d. ¶ Ibi
signa nota singulariter hunc text. tradentem doctrinam ad
quid debet aduertere iudex cum facit cõparationem literarum
10 nam debet videre literas et signa oĩa si similia sunt. ¶ † Item
ex hoc text. patet q notarius debet in instrumento ponere si-
gnũ suũ. de quo dixi supra de tabellione. circa prin. in gloss. su-
per verbo adijciatur nisi contractus excedat quinquaginta li-
bras auri. quia tunc requiruntur tres. vt. d. l. si cert. pet. ¶ In
11 glosa que incipit idest tabellionis. ¶ † No. istam particulam
que videtur innuere q licet instrumentum sit publicum et sub-
scriptionem trium testium habens et alias solẽnitates instru-
menti tamen ad eum vel ad ipsum non debet fieri compara-
tio si forma illius instrumenti diuisa est a forma qua solet vti
ille notarius. Item notarius qui incipit facere instrumentum
in vna forma alia omnia instrumenta eiusdem materie debet
in eadem forma conficere. alias illi instrumento fides adhibe
ri non debet. ¶ In ea. glo. ibi. l. Domitius. illa loquitur quan
do tabellio adhibet vt tabellio et etiam vt sit testis. secus vbi
requiritur vt tabellio. vt in casu vbi requiritur testis etiã ro-
gatus ipse nõ numeratur in numero testium qui non rogatur vt
12 sit testis sed vt tabellio. ¶ † In ea. glo. in fi. prima vera est vĩs
q vbicũq numerus testium determinatus requiritur semper
testes requiruntur rogati. vt. l. fi. ff. de test. Sed hoc non cre-
do verum. nam in codicillis et omni vltima voluntate excepto
testamento requiruntur quinq testes. vt. l. fi. C. de codicillis. et
tamen rogati non requiruntur.

Si vero.

Si testes publici instrumẽti sunt mortui vel absentes vel alias de facto haberi non
possunt nec etiam tabellio tunc ad comparationem ipsius ve
nitur prestito primo sacramento per petentem comparationẽ
fieri q̃ non malignitatis causa nec aliqua arte ductus com-
parationem petit. h. d. Et vides q hic ponitur quando veni-
ri debet ad comparationem publici instrumenti.

¶ An instrumẽto. Vide do. abbatem in. c. i. infra. de testi. versi. ve-
nio nunc ad secũdam partem spe-
cu. in titu. de te-
stam. §. i. versi. sꝫ
pone. Ab. l. c. cũ
causam in fin. de
test. et in. c. ad au-
dientiam de pre
scrip.

In his vero.

Si instrumentum publicum ne-
getur q tabellio per suuz discipu
lum describi fecerit et adnumerator interuenerit et viuat disci-
pulus et adnumerator: tam per tabellionẽ q̃ per discipulum et
adnumeratorẽ instrumento fides debet imponi. Et si tabel-
lio decesserit vel alia de causa fidem instrumento non potest
imponere tũc per adnumerationem saltem fidem imponit. Si
vero per seipsum instrumentũ scripserit et adnumerator non
interuenerit et instrumento fides aliter non possit imponi tũc
ad cõparationẽ deuenitur hoc modo videlicet q si in tali pu-
blico instrumento testium contrahentium subscriptio esset sa-
cramento prestito q calumnie causa non petitur comparatio,
et q eam petens alias probationes nõ habet per quas instru-
mento potest fidem imponere a qua comparatione partes
se liberare poterunt si consenserint in instrumentum. nam
per hoc fides instrumenti semper erit indubitata. hoc dicit.
13 ¶ † Ex hoc. §. habes quando et qualiter et quo ordine proce-
datur ad comparationem instrumenti publici scripti p disci-
pulum tabellionis vel ipsum tabellionem. ¶ Sed aduerte
vnum. quia hodie vt instrumentum sit publicum non potest
scribi per tabellionis discipulum vt vidistis. s. de tabellio. in
14 prin. ¶ In glo. que incipit sed qualiter. ibi sed in dic. ¶ † Ex
hoc no. q comparatio literarum non potest delegari scripto
ri immo ipse iudex per se facere debet. Et hoc facit contra iu-
dices perusinos qui sunt iudices comparationum literarum
15 quod non debet eis committi cũ non sint iudices. ¶ † In gl.
que incipit quasi dicat. ibi indubitata. not. q vbi instrumen-
tum est insinuatum de partium voluntate habet eternam rei
memoriam et eius fides indubitata est. Et ideo sit cautus ad-
uocatus cum consulit clientulo suo contrahenti cum aliquo
forensi. ita q forte esset necesse in casu probare illud instrumẽ-
tum a partibus longinquis. et sic esset quasi impossibilis com-
paratio propter loci distantiam instrumentum negaretur, fa-
ciant q illud instrumentum insinuetur de partium volunta-
te quo facto fides illius instrumenti non poterit in dubium
reuocari. ¶ In ead. glo. ibi in futuris. not. singulariter ex hoc
fine q si tu produxisti contra me instrumentum in quo conti-
nebatur aliquid annuum me tibi debere dare q licet vigore
istius instrumenti fuerim tibi condemnatus ad primam vel
secundam annuam prestationem ex eo q non opposui aliud
contra instrumentum q si vigore istius instrumenti tu agis
contra me ad alias annuas pensiones que in dicto instrumen
to continerentur q ego possum opponere contra instrumen-
tum et ipsum negare publicum et publica manu scriptum.

Oportet.

¶ Ex isto. §. sumpta est aut. sed nouo iure posita super. l. fin. C. si certum petatur
et hoc dicit. ¶ Si contractus fiat in scriptis per comparatiõ-
nem vel per modicas literas scientes in ciuitate et libram au-
ri excedat quinq testes requiruntur quorum quatuor scribe-
re se debent q eis presentibus negocium scriptum est. Quin-
tus vero qui etiam tabellio instrumentum scribens hoc simi-
liter attestabitur et pro etiam imperito literarum subscri-
ptionem faciens. Si vero contractus sit infra vnam libram
auri aut etiam fiat in rure iura vetera seruabuntur. hec dicit
vsq ad finem. vetera autem iura sunt q supra libras auri
quinquaginta requiruntur tres secundum formam. d. l. fi. C.
si certum peta. In imperito autem literarum non requiritur
tanta solennitas. Sed si instrumentum esset priuatum tres
testes requiruntur. vt. s. eo. §. quis igit. Si vero instrumentum
est publicum tũc sufficiũt duo et tabellio qui instrumentũ scri-
16 bit. vt. s. eo. §. sed et si instrumenta. ¶ † Ibi paucas no. differẽ
tiam esse inter scientes paucas literas et illiteratos. q̃ no. pro
promouentibus ad ordinem in hoc tamen nulla est differen-
tia et adhibendum numerum testium contra instrumentum
quod conficitur de eorum voluntate vt hic no. in glo.

¶ Hec constitutio interpretatur priorem constitutionem de his qui ingrediuntur in monasterium. Rubrica.

1 Constitutio impetrans locum habet in casu in quo habet locum impetrata.

Causa. Breuiter hoc dicit. §. illud. s. de monachis. disponẽdo q si quis monasterium intrare voluerit post ingressum de suis bonis nullo modo disponere possit habet locũ in illis q post illã legẽ in monasterium ingrediunt, non in illis q añ igressi fuerint qui bene possunt de suis bonis disponere etiam post illũ. §. hoc dicit totus iste tit. Hodie vero est immutatũ q etiã post ingressum possit disponere. vt. s. de sanctis episco. §. si qua mulier. vnde sumitur aut. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles.

1 ¶ † Et no. ex isto principio q cõstitutio impetrans habet locũ in casu in quo habet locũ impetrata, vt in isto tex. iuncto. §. & h.c videtur casus talis questionis. Dicit statutum q si qua mulier fuerit dotata a patre non succedat superuiuente masculo. Modo quedã filia fuit dotata a patre ante statutũ conditũ, post statutum vero pater decedit superuiuente filio masculo: & dicta filia dotata. modo queritur an ista filia excludatur a successione, videtur q sic, qr statutum dicit fuerit, nam est verbũ preteriti plusq perfecti tpis: secũdum grãmaticos. ergo cũ statutũ se refert ad casum preteritũ, patet q debet excludi. Item qr tempore quo tractatur de successione reperitur filia dotata, ergo &c. Et quia istud verbũ dotata: habet causaz permanentẽ, vt. l. pe. de iure codicil. & l. verbũ erit. de verbo. signi. ergo omne tẽpus significat, vt ibi not. ergo per cõsequens dictum statutum trahitur ad filias ante dotatas. & ita vidi dñz Bar. cõsulentem in questione de facto. Sed iste tex. cõiuncto §. illud. destruere videtur istã opini. nã in. §. illud. dicitur de eo qui in monasteriũ intrare voluit, & sic loquitur p verba preteriti perfecti tẽporis, & tamen videas q non trahitur ad illos q in monasterium ingressi fuerint ante illũ. §. imo possunt disponere de bonis post ingressum, & post illũ. §. vt est casus hic. Nec ob. q verbũ fuerint reperiã in preterito plusq perfecto, reperitur etiã in futuro, ideo debemus referre ad futurũ, non aũt ad pteritum, qr in lege. hoc est q nunquã trahatur ad pterita. nisi ad hoc fiat mẽtio specialis, vt hic, & s. vt fac. no. cõ. & §. vt li. decetero. §. i. in fin. Nec obst. q verbũ dotata: habeat causam pmanentẽ, & sic omne tps significare debeat, qr cõcedo q verbũ habẽs cãm permanentẽ omne tẽpus significat. pterq vel quãtum ad istum effectũ: vt trahatur ad preterita, qm ad ipsa trahi nõ potest nisi specialis mẽtio fiat, vt. l. leges. s. de legi. & in supra allegatis iuribus. ¶ Item nõ obstat q ista filia reperit dotata tpe mortis patris: & sic tpe successionis, vt post legẽ conditam, nam licet dotata reperiatur: dotata non fuit tẽc. s ante statutum, & sic non obstat contrarium per hanc literam. nas hic videmus q ille qui fuerat ingressus monasteriũ ante §. illus reperitur in monasterio, & tamen de suis bonis potest disponere per illum. §. ac si ille. §. non emanasset, & illud credo verum pro nunc sed non firmo,

1 ¶ Citationis ad dic q citatio facta die feriata obtinentiam vel ad diẽ non feriatam non valet sine quoad preceptum de citãdo sine quoad executionem ipsius precepti siue quo ad processum per Dorn. festos. C. de fer. vbi etiam silere debet horrẽda vox preconis & omnia pressus urbitatus vt in. c. fi. de fer. vbi concludit sm Ab. cõtra Jo. an. idẽ dicit in se rẽa repetitus qd in solennibus quã debent eadẽ venerantiõe celebrari & cũ letitia seruari vt. l. oẽs dies de fer. in diebus tñ se natis ob reuerẽtiã hominũ valet citatio Ab. in. d. c. fi. de fer. & l. vi. col.

¶ Ut non luxuriẽtur contra naturam. Rubrica.

Omnibus. Luxurians contra naturam iurans per aliquod membrũ dei aut per capillos aut blasphemans deum vltimo damnatus supplicio. h. d.

¶ Ut liberti decetero aureo non egeant anulo. Rubrica.

Perfectis. Recitat imperator quasdam leges antiquas dicentes q li berti quidam vocabantur deditij & quidã latini q etiam nomina imperator substulit & correxit vt patet in recitatione senatuscõ. Rubiani & Bitriani & disponit q vna sit libertas scilicet ciuium Romanorum volens q qui continenti seruus manumittitur per hec verba, esto liber & ciuis romanus sit liber et non egeat vt impetret a principe ius aureorum anulorum quia incontinenti per manumissionem est restitutus natalibus. hoc dicit.

1 Libertus ex ingratitudine reuocatur in seruitutem.
2 Positus in dignitate non contrahit cum sua liberta sine dotalibus instrumentis.
3 Contrahens matrimonium cum ancilla sua liberam eam facit.
4 Iuspatronatus an in liberto manumissori seruetur.

1 Illud. † Libertus licet liber efficiatur ex manumissione ciuis romanus tamẽ in manumittẽtes iuspatronatus habet nisi ei remiserit & debet libertus patrono reuerentiam exhibere & iniuriam non inferre ne possit in seruitutem reuocari: nam ex ingratitudine reuocatur sicut donatio. hoc dicit

2 Si quis. † In dignitate positus cum sua liberta nõ cõtrahit matrimoniũ sine dotalibus instrumentis. Ipsis vero contrahentibus filij nati ante vel post liberi erunt & sui nec eis expedit impetrare ius anulorum.

3 ¶ † Item contrahens matrimonium cum ancilla sua liberam eam facit & liberos ex ea progenitos: si est ancilla libera efficitur si miles dominus eius ei legatum reliquerit. hoc dicit.

4 Hoc similiter. † Assignat rationẽ quare ius patronatus in liberto manumissori seruatur. s. vt homines sint prompti ad libertates donandas quibus imperator multũ fauet & intantũ q pro libertate seruis donandis multa fecit in libro & in experia dicens q illud quod ipse statuit vt libertus non deberet necesse impetrare ius anulorum fuit cõstitutum ab Antonio & Theodosio imperatoribus & iubet hanc legem per prouinciam publicari. hoc dicit.

¶ Apud quos oportet causas dicere monachos. Rubrica.

1 Commissio citationis est sententia interlocutoria.
2 Pena iudicis secularis facientis citari clericum.
3 Pena laici citantis clericum ad petitionem iudicis laici.
4 Reclusi in loco ad ieiunandum qualiter vocentur.
5 Sententia lata per iudicem ecclesiasticum mandari debet executioni per iudicem secularem.

Rem. Volens litigare cum monacho vel asisterio vel inquietare monachum vel religiosum in asisterio vel monasterio assistentem adire debet eius loci episcopum & tunc monachus vel religiosus causam per abbatem suum vel per responsales agitabit. Episcopus vero sm legem iudicare festinet. & hoc custodiant omnes iudices alias ab administratione repelluntur & x. libris auri pena multantur. executor vero in carcerem detrudetur & executionis effectum exercere non potest hoc dicit totus iste titulus, vel summa hunc titulus secundum tex. autentice causa que fit cũ monacho. C. de episc. & cleri. que hic sumitur.

1 ¶ † Ibi sententiam. no. q commissio citationis est sententia interlocutoria. de quo in. l. sede si interpellatus. §. i. ff. de arbi. Ex hoc patet q sicut sententia die feriata ferri non potest. vt in. c. conquestus. de ferijs. xv. q. placita seculari. ita nec commissio citationis quã ipsa commissio sententia est de hoc plene p doc. in. l. ex quacunq. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

2 ¶ † Ibi pena decem librarum. no. penam iudicis secularis facientis citari clericum de iure canonico alia pena imponit. vt no. de senten. excom. c. i. in. vi.

3 ¶ † Ibi executores. not. de pena laici citantis clericum ad petitionẽ iudicis laici. nam in carcerem detrudendus est per ipsum & etiam priuatur officio.

4 ¶ † In gl. parua que incipit que ideo no. ex ista glo. q reclusi in loco ad ieiunandum non sunt heremite. & isti fraticelli q vt plurimum stant ad orandum in locis sylustribus. & etiam mulieres que vt deo seruiant se recludunt in vna domo ad ieiunandum & orandum licet non sint ecclesiastice persone. sed ipsas reclusas vulgariter appellamus tamen habent priuilegium monachorum & conuersorum & sub iudice seculari conueniri non possunt. ¶ In gloss. que incipit no. ibi prouidere. de sanctis. episco. hoc verum in personalibus actionibus. in rem vero contra monasterium intentant. nam cum monachus nõ possideat sed possideatur deficit extremum ex parte conuenti & rei ven. vel pos. vt. C. de alie. iud. mutã causa facta. l. i. pro quo

5 s. de mona. §. si quis. secundum Jac. de bel. ¶ † In gl. que incipit sed executioni. no. q sententia lata per iudicem ecclesiasticum mandari debet executioni per iudicem secularem.

¶ De questore. Rubrica.

Semper. Duo dicta ponit iste tit. vsq ad fin. Primo quoddam exordium imperatoris dicentis quod ipse semper prouidet humano generi cum auxilio dei vt populi sibi subditi seruentur illesi. Et ideo leges statuit cum magna iustitia repa-

reparando neglecta. Secũdo facit officiales p quos puniunt delicta. Tertio facit quosdã pretores i ciuitate Cõstantinopolitana pro suis causis. vnde ipse costituit quendam officialem. s. questorem cuius officium est inquirere quem inuenit ⁊ si habet causam cito faciet eam expedire per magnam hominum multitudinem aliquos expediet aliquos remittet ⁊ aliquos ipse questor expediet. Quinto q questor debet inquirere statũ venientium ad ciuitatem Constantinopolita. vt si sunt serui remittat eos ad dominos. ⁊ si sunt liberi remittat ad eorũ prouincias. ⁊ si sunt illius ciuitatis coget eos laborare, si laborare possunt si non possint ⁊ essent pauperes a iudicibus aluntur. Sexto q officialis si in officio deliquit questor eũ puniet vel puniendum relinquet ⁊ remittet ad principem. Septimo q si ipse non puniet eos punietur a principe. Octauo q sic questor debet solicitare iudices vt questiones expediant ⁊ scribere presidibus prouinciarum q faciant homines eorum prouincie inherere eorum prouincie. Nono q si aliquis fuerit remissus ad propriam prouincias ⁊ redierit ad ciuitatem Constantinopo. q castigentur venientes. Decimo q questor debet mittere hospitem vt venientes ad ciuitatem requirat ⁊ eos recipiat. Undecimo q olim erat ita ⁊ postea fuit neglectũ. Duodecimo q si questor nihil debet a subiectis recipere ita nihil dare principi pro hac dignitate querenda. secunda ibi insup. tertia ibi quale. quarta ibi ex hoc. quinta ibi si vero aliqui. sexta ibi si vero aliqui. septima ibi si vero aliquis. octaua ibi damus autem nona ibi illud maxime. decima ibi hec omnia. vndecima ibi sicut enim. duodecima ibi ⁊ neq occasiõe. ¶ Nota tex. pro consuetudine dñorum Lombardie qui habent in eorũ ciuitatibus exploratores quotidie explorantes forẽses qui veniunt ad eorum ciuitates ⁊ causam ob quam veniunt. Ibi lessos autem. nota hunc tex. coniuncta glo. hic q ad probandum senectutem vel canum grauem sufficit probare caniciẽ vel forte quisquis sit canus capillis ⁊ barba ⁊ hoc est vtile propter excusationem tutele ⁊ cure ⁊ aliorum munerum personalium. nam cum per etatem quis excusetur. vt. l. semper. ff. de mune. ⁊ hono. l. v. C. qui etate. lib. x. Tu qui vis excusari a munere habes dicere q es senex ⁊ grauis ⁊ canus ⁊ hec grauitas per senium probatur quod no.

¶ Constitutio que de dignitatibus ⁊ episcopatu filium liberat a patria potestate. Rubrica.

1 Filius liberatus a patria potestate per dignitatem an possit dicere testamentum patris nullum ipso iure si preteritus fuerit.
2 Ordo sacerdotalis non liberat quem a patria potestate.

Quicquid. Patricii consules ⁊ prefecti ⁊ prefectus vtriusq rome ipse electione liberãtur a patria potestate. Et generaliter quecunq dignitas liberat a patria potestate. Item seruus qui militiam aut aliam dignitatem a principe cõsequitur liberatur a seruili conditione. Item filius qui ratione dignitatis liberatur a patria potestate totum peculium quod habebat suum facit. hoc dicit. Ibi ⁊ alapis nota de alapa et nota hunc modum emancipationis.

Illud. Qui liberatur a patria potestate p dignitatem non perdit iura filiorum ⁊ filii recidunt in potestatem suam mortuo eius patre. Item episcopus liberatur a patria potestate. h. o. Et hinc sumpta est aut. episcopalis dignitas. C. de epis. ⁊ cle. ¶ † Ex hoc. §. patet q filius liberatus
1 a patria potestate per dignitatem possit dicere testamentum patris nullum ipso iure si preteritus fuerit ex quo retinet iura suorum. secus in emancipato qui necesse habet petere contra
2 trata. ¶ † Item ex hoc text. patet q ordo sacerdotalis non li
a berat quem a patria potestate[a] quod patet quia per dignitatem episcopalem liberatur ergo non fuit liberatus per sacerdotium cum nullus possit esse episcopus nisi sit primo sacerdos. secus est de iure canonico. nam quicunq ordo sacer liberat a patria potestate ⁊ gloss. est. in. c. decorum extra. de eta. ⁊ qualita. ⁊ tenet Bart. in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

¶ De iudicibus ⁊ vt nullatenus cum iureiurando eligantur aliqui iudices. Rubrica.

1 Potestates nostri temporis possunt esse illiterati.
2 Mane vsq ad vesperas iudex sedere debet.
3 Iudices pedanei debent per se causas audire: ad hoc vt litigantes a circuitu liberentur.
4 Appellatio cui prohibetur.
5 Tempus appellationis interponende quod sit.
6 Nuncius si alicui damnum dederit: pro eo tenetur qui eum elegit.
7 Sacramentum vbicunq prestatur ratione incertitudinis nisi q potest taxari.
8 Iuramento iurantis simpliciter quando standum.
9 Iuramentum calumnie an excuset a refectione expensarum.
10 Refectio expensarum quando venit ratione promissionis qualiter refici debeant.
11 Expense licet sint promisse: tñ non debent refici nisi legitime.
12 Minor victus an debeat cõdemnari in expensis cum litigat per tutorem vel curatorem.
13 Expense facte per victorem a neq constet verum personas habeat legitimam standi in iudicio an veniant reficiende.
14 Pena vbi prestatur ratione contemptus: potest peti pena ⁊ etiam res.
15 Pars que compromisit si facto compromisso adit iudicem: incontinenti incidit in penam.
16 Potestas capitaneus si condemnantur per syndicos: non possunt appellare.

A Zenone. Recitat primo leges leonis quas dicit multas innouationes recepisse ⁊ eas paulatim per desuetudinẽ abolitas. Secundo dat ordinem iudicibus disponendo vt iudices eligantur omnes periti legibus ⁊ experientiã ⁊ cito possint causas iudicare. Tertio respondet cuidam tacite obiectioni que fieri posset: secundo respõ. scilicet q eligantur imperiti literarum in presides prouincie. Quarto dicit quomodo elegit duodecim iudices ⁊ cuilibet suam sedem ocputauit. Octo videlicet de numero minorum iudicum ⁊ quatuor de numero maiorum. secunda ibi nos igitur videntes. tertia ibi nostris enim. quarta ibi vetus igitur schema ⁊ istud cedit loco
1 summarii. † Ibi nostris enim nota pro potestatibus nostri
b temporis qui possunt esse illiterati[b] pro eo quia secum ducunt accessores. vt. l. ii. C. de senten. ex peri. reci.

Iudices. Iudicibus preteritis princeps causas delegat. ⁊ si iudices superius nominati volunt causas delegare possunt eorum consiliariis rei examinationẽ cõmittere. Ipsi vero debent ferre sententiam hoc dicit. Et intellige quod possunt in medio sicut in fin. prout habetur s. vt defun. seu fune. §. illud. C. de iudiciis. auten. ad hec.

2 Sedebunt. † Mane vsq ad vesperas iudex sedere debet. hoc dicit ⁊ intellige de necessitate. nam etiam post vesperas sedere poterit. vt. l. ii. §. i. ff. de orig. iur. ⁊ sic non obstat hec glo.

3 Audient. † Iudices pedanei debent p se causas audire ad hoc vt litigantes a circuitu liberentur. ⁊ debent terminum prefigere partibus in quo velint ferre sententiam. hoc dicit notabiliter.

4 Appellatio. † Nulli prohibet appellare nisi bis appellauerit ⁊ succubuerit aut cõtumax fuerit. Itẽ cursus fataliũ qui dat ad appellationẽ exercẽdam incipit post duos mẽses computandos a die interposite
5 appellationis. hoc dicit vsq ad. §. nullo. ¶ † Et leges q vnum est tps appellationis interponende ⁊ istud est tps. x. dierum qui incipit currere a tpe sententie ⁊ sciẽtie in aut. hodie. C. de app. ⁊ in. l. i. §. biduum qñ appellandũ sit. Et est scdm tps q datur ad inchoandũ causam appellationis. Et illud est duorum mensiũ qui currit a recitatiõe sentẽtie. ⁊ de his duobus mẽsibus loquit iste. §. Est ⁊ tertiũ tps. s. ãni vel biennii qd incipit currere post tps dictorũ duorum mensiũ, ⁊ ita est casus singularis hic. De his fatalibus loquit. l. ii. de tẽpo. ap. glo. tñ in. l. si. §. illud. co. titu. ¶ Ponit tres opiniões qñ incipit currere annus vel bienniũ qd dat ad exercendũ causam appellationis ⁊ finaliter videt determinare qd incipiat currere a die interpositionis appellationis. Et ista opinio est hodie canonizata in c. le. sicut de ap. Et sic in hoc ius ciuile derogat iuri canonico. Nã de iure ciuili videt qd ille annus incipiat currere vbi biennium post duos mẽses qui dant ad inchoandũ causam appellationis vt hic. De iure aũt canonico incontinẽti a die interposite appellationis. ⁊ istud de cõsuetudine seruat. Scias aũt qd prosequi appellationẽ qa nõ potest p solũ libelli appellatorii productionẽ nisi pars citet ⁊ ita dicit glos. in. d. §. illud. ⁊ hoc facit ad questionẽ statuti qd quicũq ab aliqua sententia duxerit appellandum infra. x. dies appellare ⁊ infra. xx. subsequẽtes nuntiũ mittere teneat ⁊ proseq in eadẽ. Alioquin vero in antea nullatenus audiat. Modo quidam appellauit infra x. dies ⁊ infra. xx. subsequẽtes misit nunciũ ⁊ produxit libellũ

a ¶ Patria potestate. vid gl. ⁊ do. in. c. indecorũ de eta. et qualita. gl. ⁊ Ab. i. c. cũ voluntate de sen. excõ.

b ¶ Esse illiterati. vtrum imperiti literarum possint eẽ iudices, vide bar. hic ⁊ fely. in c. suscitatus col. v. vers. illiterat⁹.

appellatorū corā iudice nō tñ fecit partē citari nec petijt par tem citari an dicat̄ psecutus causam app. ꝛ sic debet audiri et determinari p illā glo. ꝛ ista est questio de facto. Pro hoc fa cit qd̄ sola libelli oblatio interrūpit pscriptionē nisi executor mittat̄. l. sicut de pscriptio. triginta ãno. ꝛ extra. de pscri. c. illud. Nec obstat qd̄ libellus est de actis. vt in. c. qm̄. extra. de proba. q2 licet sit de actis tñ non est de processu antequā pareciet qd̄ appareat q2 processus no potest fieri dic fecrata. vt. in. c. conque stus. de fergo ꝛ notat. fr. q. v. c. placita secularia de adulterio, l. miles. §. sexaginta. ¶ Ultimo nota hic de vero cōtumace q nō appellat. de quo in. l. ꝛ post edictū. ff. de iudi. ꝛ hic in glos. nisi veniat iudice sedente pro tribunali. vt. l. diuus. ff. de in in

5 tegrū restitutio. Quis aūt sit verus cōtumax * sunt opiniones ꝛ recitantur in. l. ex consensu. ff. de appellatio.

Nullo. Sportulas determinatas nullus debet trans cendere. hoc dicit.

His qui. Iudex dʒ habere duos executores locu pletes ꝛ idoneos p quos suo officio diligē ter seruat̄. licet eīn sufficeret vnus. ꝛ si talis executor dānū aliis qd̄ intulerit ad officiū eius qui eū ad tale officiū deputauit p tinet ad qd̄ dāmnū resarciendū iudex debet talem executorem cōpellere. Itē si iudex viderit talem executorē in aliquo mali gnari debet ab officio remouere ꝛ alius in eius locū surroge tur. h. d. ¶ An aūt talis nūcius ꝛ executor debeat esse iuratus ꝛ publicus vt relationi sue credat̄. no. extra. de appellationib⁹. c. cū parati. ꝛ de reb. cord. l. magis puto. §. ne passim de custo. reorū. l. diuus. dixi in. l. fi. C. de bo. auto. iud. possi. in repetitio.

6 Et no. quot modis fungat̄ executor vel nūcius. ¶ † Ultimo no. q si nūcius dat dānū alicui p eo tenet̄ qui eū elegit qm̄ ma le eligēdo fuit in culpa. Et iste tex. probat qd̄ de omni delicto cōmisso p suos officiales potestas tenet̄ qm̄ debuit eligere no uos ꝛ sufficientes. Pro quo facit. s. de coll. §. i. ꝛ. ff. fur. aduer. nau. l. i. insti. de act. §. ex quo. de nau. §. fi. ꝛ ita de consuetudi ne seruatur.

Si quis autē. Si iudex fuerit a iudicando re motus surrogat̄ per principem nō per aliū. Itē si causa est a centū aureis supra quelibet pars soluit iudici quatuor aureos ratione sportularū. Sed si est in fra nil soluit ꝛ prefectus pretorio debet duas libras auri habe re in anno priuilegijs clericorum saluis manentibus.

Oportet. Ex isto. §. sumpta est aut. hodie posita su per. l. sancimus. C. de iudi. Iudex debet ra tionē expensarū examinare ꝛ post prestitū iuramentū p partē expēsarū sup factis expēsis nō potest iudex i maiori quātitate cōdemnare. Itē ista loquentia super executoribus ꝛ appella tionibus in suo loco pdurant. h. d. ꝛ sic patet quod per. §. hūc correcta est. l. sancimus. C. de iudi. q dicebat qd̄ iudex expēsas per sacramentū declaratas taxare poterit qd̄ hodie nō potest. vt hic. qd̄ intellige verū nisi iuramentum appareat factū. nam licet lex dicat stari iuramento iurātis. tñ debet intelligi si iuste iurauit. ita qd̄ sacramentū falsum nō appareat. vt. l. qui bona. §. i. ff. de dā. infec. ꝛ per Iac. de are. ¶ † In glos. que incip. imo dno noua ibi. C. vnde vi. l. si qñ. nota ex ista glo. generalem do ctrinā quod sacramentū vbicunq prestat̄ ratione incertitudi nis nunq tale sacramentū potest taxari. secus si ratione affectio

a ¶ Contumax. vi de Bar. in. l. diu⁹ ff. de in integ. re sti. ꝛ in. l. pperan dū. §. finaliter reus. C. de iudic. ꝛ in. l. inter minores. ff. De in integ. rest. Alex. de imo. in 7 l. pperandum. §. finaliter. C. de iud.

8 nis. ¶ † Itē ex hac glo. no. q iuramentū de quo loquitur. l. si quando. C. vnde vi. nullo modo potest taxari vel refrenari sed standū est iuramento iurātis simpliciter ita no. gl. in aut. hodie. C. de iudi. sed vbi lex iubet stari simplici verbo alicuius super expēsis vel sup alio debet tñ iurare tex. est in. l. theopom pus de dote prele. ꝛ ibi per Bar. in ea. glo. ai dicta regula hec

9 vera. ¶ † In eadem glo. ibi qñ de calūnia iu. ant. no. ex hoc qd̄ iuramentū calūnie semper excusat a refectione expēsarum qd̄ intellige quantū ad expensas que veniunt reficiende ratione presumpte calumnie ꝛ ita intelligit hec glo. vt. l. qui crimē. C. qui accusa. non poss. Sed ab expēsis ratione temeritatis. vt. l. eum quem temere. ff. de iudi. vel ab expēsis que reficiunt̄ ratio ne contumacie. vt. l. sancimus. C. de iudi. sacramentum calūnie nō excusat. q2 nihil habet commune cū eis iuramentū calūnie. ꝛ q2 si diceremus sacramentū calūnie ab istis expensis excusa re nunq expēse deberēt refici. nā cum in omni causa iuret̄ regu lariter de calūnia vt in aut. principales. C. de iura. calum. tale sacramentum semp faceret euitare refectionē expēsarum quod esset absurdū ꝛ ita tenent doctores in. l. non ignorat. C. de fru cti. ꝛ lit. expen. ꝛ ibi per Cy. ꝛ Iaco. butr. in. l. aut pretor. ff. de

10 iudi. ¶ † In ea. glo. ibi ex promissione no. istā glo. q vbicunq refectio expēsarum venit rati. ne promissionis vt q2 forte par tes inuicē se obligauerūt de expēsis reficiēdis in causa victo re quia tūc expēse debent refici nō solū si victus non habuit iustam causam litigādi. sed etiā si iustam ꝛ sacramentum ca

lumnie tunc non excusat a refectione expensarum q2 veniunt ratione presumpte calumnie qd̄ not. Uidetis enim quotidie quod venditor si obligat emptori ad reficiendum oēs sumptus

11 ꝛ expensas quas emptor sustinuerit in iudicio vel extra. † Ex hoc enim patet quod si venditor victus est postea per emptorē in causa euictio. qd̄ venditor debeat cōdemnari in expēsis etiam si habuerit iustam causam litigandi vel iurauerit de calūnia per hanc gl. Illud tamen nota quod licet expense sint pmisse non tamē debent refici nisi legitime non aūt iniuste expense ꝛ immoderate hoc tenet gl. per. l. quidā hybernas. ff. de seru. vrb. predi. ꝛ p. l. ex damni. ff. de dam. infec. qd̄ singulariter no. ad q̄ stionem. Dicit statutū Perusij quod quicunq se pro aliquo obligauerit possit acquirere pecuniā sub vsuris ꝛ soluere cre ditori ꝛ omnes vsuras quas pro alio obligatus promiserit de bitor principalis eidē restituere teneatur modo cōtingit quod

11 cūtinus esset pro scio obligatus pro centum acquisiuit ille cē tum ab vsuris immoderatis ꝛ eas soluit creditori. Nunc queri tur an scius debitor principalis teneatur tantū relarcire i las vsuras videtur quod sic ex forma statuti. ¶ In contrariū est veritas per hanc gl. licet enim statutum disponat qd̄ tenentur restituere oēs vsuras. tñ debet intelligi de moderatis. non aūt immoderatis. sicut dicitur in promissione expensarum. nam in telligitur de moderatis quod no. facit quod no. C. de alie. iud. mu. cau. l. vnica. ¶ Ultimo nota ex hac glo. dum allegat. l. qui

subdistinguitur qr aut testator talia legata verisimiliter reli
quisset ēt si sciuisset se filium habere et tunc cōseruant per hanc
cōstitutionem.ar.dictorū.l.l.q grauī.et.l.si quis cū aullū et.l.ab
intestato aut legata sunt talia que testator non fuisset verisimi
liter relicturus si sciuisset se filiū hre quē ignorauit et tūc non
debent.ar.de iure codic.l.si.§.pe.in exēplo legati indiuidui ibi
positi.et.C.de testa.mili.l.si cū vel in vtero.et.l.q in iure.de test.
mili.C.de reuo.dona.l.si vnq̄. ¶ Opp.vlterius et vr qr rupto
testamēto ex cā pteritionis vel exheredationis cetera infirmē
tur.vt.ff.de inoffi.testa.l.papinianus.§.si ex cā.l.cum duobus.
C.de inoffi.testa. Timore huius ōrij variauit Azo.nā in.§.si
ex cā dixit qr ille.ll.corriguntur.vt ibi ponit gl.sup ver.nō vz sed
in summa distīxit qr aut cā īserit et hz locū ōriū vt et certe infir
ment.aut nō inserit et hz locū hec ōstitutio et sic tz ipse qr nun
q̄ p auf.istā ōseruant legata vel fideicōmissa nisi cum pteritio
vel exheredatio facta est sine cā p hoc pōt assignari rō quia qñ
cā pteritionis vel exheredationis exprimit legata ceperūt ha
bere depēdētiā ab instōne ex eo qr testm̄ interim fuit aliquid
anteq̄ appet cām falsam esse.ergo ea instōne vitiata vitiantur
cetera depēdētia ab ea vt in reg.iur.cū principalis.sed qñ pte
ritio vel exheredatio est sine cā legata nunq̄ habuerūt depen
dentiā ab institutiōe ergo pz qr ōfirmari pñt.et hoc probatur
sic.nā video qr filius iam natus pteritus est a primo gradu et
in scđo exheredatus qō testm̄ valet et incipit a secundo gra
du ex eo qr scđus gradus nunq̄ habuit depēdētiā a primo.
vt.l.nā et si sub cōditione.§.rñpendo.ff.de iniust.test.eodē mo
do igitur in proposito quando legata habeat dependentiam
ab institutione viciata institutiōe dicunt vitiari legata alias
non.hoc etiā probatur per.d.l.si quis cū aullū vbi codicilli ex
testamēto dependētes vitiant irrito testamento ratione depē
dētie quando vero non reperiunt pendere ex testamēto salui
remanent .vt ibi et.l.abintestato.eo.ti.et hanc opi.fuit secutus
Jaco.bu.qui hanc sibi appropriauit.vt refert Odofre.sed re
uera hec opi.fuit primordialiter dñi Azo.et hanc opin.tenuit
sed non per rōnem Azo.qr dicebat qr ratio Azo.non erat bo
na per.l.j.de leg.prestan.et.l.i.de contra tab.vbi legata conser
uantur ceteris personis per illud edictū etiam quādo est pre
teritus posthumus.et sic ibi pz qr legata ceperunt habere de
pendentiam ab institutione et tamen legata non vitiantur.et
ideo ipse assignauit talē rōnē.s.qr qñ fili⁹ exheredat vl preteri
tur cū causa infertur filio maior iniuria quā sine cā.qr qñ cau
sa inseritur filius iniuriam patitur eo qō preteritur et eo quod
falsa causa sibi opponitur.sed quando preteritur sine causa pa
titur iniuriam solum ex eo quod preteritur.et ideo isto vltimo
casu legata conseruantur et non in priori qr vbi maius est deli
ctum ibi minor est pena et econtra.vt.l.aut damnum.§.quis
quis.de pe.de iniurijs.l.sed et questiōes.et.l.quicunq̄.de ser.fu.
sed certe ista ratio non placet.qr possibile est quod causa fuis
set vera sed non fuisset probata per heredem et si filius in vno
tantummodo fuisset passus iniuriam. Hanc opin.secutus est
Dy.in primis temporibus de lega.ij.l.cum filius.de legat.iij.
cum pationus in si.hanc etiam opi.sequebatur.Jacob.de are.
per alleg.rōnes. Sed Dy.postea mutauit propositum et dixit
totum ōrium.s.qr aut preteritio vel exheredatio fit cū cā et lo
cum hz hec cōstitutio aut sine cā.et tūc remanent iura antiqua
incorrecta assignat rationē qr qñ testator assignat et exprimit
cām ipse facit quicqd pōt vt testm̄ valeat et sibi nihil imputa
ri pōt sed heredi tm̄ qō cām nō pbauit. Et ideo in preiudicium
heredis testm̄ īfirmat cetera nāq̄ firma ppter fauorem testa
toris pmanēt pro hac opinione facit tex.iste q dicit euacuato.
et sic intelligit ipso iure.ergo pz qō dz intelligi qñ sine cā fa
cta est qr tunc ē nullū ipso iure.vt auīē.ex causa que dicit irritū
et sic pz qō ipso iure et per ōns sine cā.nam si cā fuisset expressa
esset aliquod lz irritetur. Jaco.de arena dicit qō sicut iura an
tiqua indifferēter loquebant qō legata irritabantur irritato
testamēto ex causa pteritionis vel exheredatiōis nō facta di
stinctione vtrū cū cā vel sine cā.vt.d.§.si ex cā.et.l.cum duobus.
ita etiam hec cōstitutio indifferenter loquit sine cā fit inserta si
ue nō.vt vtroq̄ casu iura antiqua sint correcta et cōseruātur le
gata per hanc literam.et hoc videtur innuere gloss.in.d.§.si ex
causa.et in.l.iure nostro.§.si.de testa.tu.hanc opi.sequit. Cyn.
in.d.auf.ex cā.in sexto contrario.et hec opi.placet qr videt ca

sus in isto.§.nā hic in versi.finaliter dr qr si hec q̄ dicta sunt.s.
nō fuerit obseruata qō euacuata institutiōe legata et liberta
tates et cetera capitula manēt firma.s.et.in.§.facta ē mētio qñ
cā nō est expssa vel est expssa sz nō mōstrata p herdē qō testm̄
suā firmitatē non hz ergo pz qr ex isto ver.finali q venit ad e
uersando oībus pdictis.qñ oīa pdicta non sunt obseruata vel
quia cā est expssa sed non monstrata.qr cetera manēt firma qr re
fertur ad preteritionem vel exheredationem factam cū causa
vel sine causa.et fm hoc tex.dum dicit euacuato intelligit ipso
iure qñ causa nō fuit inserta per fnlam dum refert ad testamē
tū in quo causa fuit inserta sed non probata. ¶ Modo habeo
ex predictis cōtraria huius cōstitutionis per q̄ pz qō ista con
20 stitutio hz locum in preteritione cū cā vel sine cā ¶ † Modo
venio ad qōnes et q̄ro primo an si preterit filius ex causa falsa
per inductionē dolosam factā per aliū.vel bigratia qr eum cum
dolo induxit patrē ad exheredandū vel preterēdū dēm filiū.vtrū
tūc cōseruabunt legata et fideicom.tex.videt qō nō.s.eo.§.in ab
quo iudicio.ibi nullo modo pmissimus obtinere qr diligenter
not.nā per hoc pz qō hec cōstitutio seruans legata rupto testō
ex cā preteritionis vel exheredationis vēdicat sibi locū nō per
machinationem vel seductionem alterius sed proprio motu.
21 ¶ † Scđo quero in qua preteritione loquat hec cōstitutio.
quidā dicunt in materna tantū.et hec sentit glo.hic in ver.pre
ter.hoc sentit Odofr.in lectu.dicte auf.plus dicunt quidam
qr iura vetera in nullo sunt immutata circa preteritionem.et
hoc ex tex.dum dicit nullū exheredatio liberis tc.et nō repetit
preteritis qō dixisset si placuisset sibi.vt.l.vnica.in si.de cad.tol.
et sic pz cōseruatio legatorum nō habet locum nisi cum testm̄
tm̄ rūpat ex causa pteritionis nō aūt ex cā exheredationis. et
hoc tenet Azo in summa.vnde qñ auf.posuit in auf.ex causa
verbū preteritionis habuit respectū ad matrē et maternam li
neā nō aūt ad patrē et sic intelligit.§.aliud quoq̄ capitulum.s.
eo.et auf.nō lz.C.de libe.preteri.que inde sumit pro hac opini.
facit qr hec cōstitutio inducta est in filiorum fauorē.sed si dicere
mus legata deberi rupto testamento per preteritionē resulta
ret in eorum odium. Et pro hoc videtur tex.in eo.§.hec autem.
contra.l.quod fauore. Contrarium huius tenet glos. in.l.filio
preterito de iniu.testa.vbi dicitur qō illa corrigitur per hunc
tex.et tamen illa loquitur in filio preterito in potestate et idem
tenet glo.in.l.i.C.de posthu.heredi.insti.vbi loquitur in post
humo in potestate et tamen tenet quod corrigitur. Hanc opi.
tenet Jaco.de are.et Pet.et Cy.sequēdo eos in.d.auf.ex cau
sa in prima.q.tñ ad cōtrarium nō respondet.tu ergo responde
quod verbum exheredatiōis sit positum hic vt comprehendat
preteritos.nam illud verbum exheredatio habet triplex signi
ficatum. Primū strictum est vt cum de hereditate expresse ex
cluditur fm mentē testatoris et vba cū testator dicit filiū meū
exheredo.vt insti.de exhere.lib.in prin.s.de here.et fal.§.exhe
redatos.et scđm significatum non ponitur hic. Secūdum eius
significatū est largū.s.cū quis excluditur ab hereditate scđm
mentem non scđm verba est cum filius preteritur a sciente.
vt.l.sicut.de testamen.mili.ibi preterito facta scienter filio est
exheredatio.et si dicis illa loquitur in milite.ergo contrarium
est in pagano. Dic quod verum est speciale in milite et eius
preteritio facta scienter est exheredatio.sed quod eius preteri
tio exheredatio appellet in hoc nulla est specialitas quia idem
est in pagano quod in milite nam exheredatio idem est quod
ab hereditate exclusio.sed per preteritionem istam quis exclu
ditur secundum mentem.ergo tc.et hoc secundo modo accipit
hic verbū exheredationis.si autem auf.cōprehendas tertium
significatū qō est largissimū.s.vbicūq̄ filius pterit ab ignorā
te.nā scđm tenorem testamenti non apparet in eo descriptio
tamē scđm mentē nō est exclusus quia testator nō habuit men
tem excludēdi eum.vt est tex.in.l.si cum vel in vtero.et.l.de iu
re.s.alle.et tūc fm Bar.iura antiqua remanent incorrecta in
tali preteritiōe qñ legata nō debētur qñ de tali preteritione
hec lra nō facit mētionē qō apparet qr lra hic dicit ne filij tc.
Ex quibus verbis patet qō loquit qñ preteritio fit ex pposito
et hoc importat verbū falsus quod de suo significato dolum
importat.vt.l.quid si falsum.ff.de fal.q dolus nō cadit in igno
rantē se filiū habere et ista opi.nō videt bona.nā falsa causa fi
lius cōdemnat qñ pater eum preterit ex eo quod ignorabat eū
habere.et si dicis nō fuit dolus ex quo ignorauit hoc cōcedo.sz
tex.iste nō reqrit dolum.et qō dicit falsis intelligit nō veris.et
idō etiā hoc casu locū habet ōstitutio vt legata cōseruent. si tñ
fuerunt talia q̄ testator fuisset verisimiliter relicturus quod re
liquisset etiā si sciuisset se filium habere.vt.s.dixi.
¶ Ex predictis pz qō cū verbū exheredatio sit genus quod
potest se referre ad preteritionem et exheredationem qr ista
constitutio loquitur tam in preteritione q̄ exheredatione.sed

ratio predicta non obst. s. quod hoc introductum est in fauorē
filiorum qr concedo q̄ vno respectu. s. qr institutio viciatur sed
alio respectu inquantum legata conseruantur non est in eo-
rum fauorē sed in fauorem testatoris. ¶ Ex predictis conclu-
do q̄ hec aut. locum habet tam in preteritione paterna q̄ ma
22 terna. ¶ †Tertio quero an in preteritione filij emācipati iu-
ra vetera sint correcta Jac. et Pe. tenent q̄ sic. et hoc tꝫ gl. in l.
j. C. de contra tabu. & de here. et fal. §. exheredatos. in glo. ma-
gna in quibus dicitur quod cum emācipatus preteritur debet
inferri causa sicut in suo alias testamētum est nullum et sic per om-
nia parificatur suo. ¶ Contrarium tꝫ glos. in l. gallus. §. n. ff.
de lib. et posth. et l. si filius. ff. de mino. Hoc autem tꝫ Jaco. de
are. in aut. ex causa sed ibi gl. dicit quod aut emancipatus pre-
teritus sine causa et in hoc iura vetera non corriguntur per hunc
tex. s. quod possit dicere nullum aut cum causa et in hoc iura ve
tera corriguntur qr sicut olim erat necessaria contra tabu. ita
hodie. et in hoc est differentia inter suum et emancipatum. quia
suus p̄teritus cum causa habet tria remedia. s. querelaꝫ contra
tabu. et ius dicendi nullum sed emancipatus solum proponit
contra tabu. ¶ Nec ob. l. i. de contig. cum eman. lib. p quē sub
lata est differentia emancipationis et patrie potestatis qr illud
quo ad successionē abintestato vel contra testamētum quādo
emancipatus est preteritus sine causa et non contra testamētū
quando cum causa preteritur et est vera opi. et hanc sequit̄ bar.
hec p̄dicta autē vera sunt quo ad effectum rūpēdi testamētum
sed quo ad conseruationem legatorum et fideicōmissorum sine
dubio iura antiqua que dicebant rupto testamēto p cōtra ta-
bu. legata non deberi p filium emancipatum nisi certis perso-
nis. vt. l. j. de lega. p̄stan. et l. de cōtra tabu. correcta sunt p hūc
§. quia hic. §. loquit̄ gn̄aliter in quolibet filio et qr si aliud dice-
remus esset melioris conditionis emancipatus quam suus q̄
23 esse non debet. ¶ †Ex predictis ergo cōcludo quod hic. §. lo-
cum habet vt legata conseruentur siue rumpatur testamētum
p p̄teritionē sui siue emācipati et in hoc iura antiqua sunt cor-
recta. sed in non rumpēdi testamētum hic. §. non vendicat sibi
locum in emancipato nisi cum emancipatus sine causa preteri
tur et tunc hoc casu testamentum fit nullum et iura vetera sunt
correcta sed quando p̄teritur cum causa tunc hic. §. non habet
locū et iura antiqua salua remanēt. s. q̄ necesse sit petitio con-
tra tabu. ¶ Quero an hec cōstitutio locū habeat cū p̄tereun-
tur vel exheredātur ascēdētes vel descēdentes. Breuiter veri-
tas est quod quo ad conseruationē legatorum et ceterorum lo-
cum habet vt. s. eo. et hec quidam sed quo ad modum rūpendi
testamētum an sit idē in ascēdentibus quod in descendētibus
dubitatur et videtur q̄ non quia semp testamētum descenden
tis fit aliquod sine in testamento fiat p̄teritio vel exheredatio
cum causa vel sine causa sed postea venit rescindendū hoc per
dictum ver. si autem sibi rescisso testamēto et c. et per auten. in
testamēto. C. ad tertu. que inde sumitur vbi litera dicit rescin-
ditur. ergo patet quod testamētum interim est aliquod. alias nō
posset fieri rescissio qr testamētum nullum non rescinditur sed
nullum declaratur. vt. l. nam et si sub conditione. §. rumpēdo.
de iniust. rup. Tu dic quod aut preteritur vel exheredatur ma
ter vel materna linea vel pater vel paterna linea. si preteritur
vel exheredatur mater vel eius linea tunc si sine causa nullum
est testamētum ipso iure. et hoc patet ex tex. dum dicit non est
licitum liberis p̄terire ascendentes. et ideo si est contra. l. merito
testamētum est nullū. vt. l. non dubiū. C. de leg. si autē prete-
rit vel exheredat̄ cum causa tunc semper habet necesse p̄pone
re querelā qr preteritio facta de matre habet̄ pro exheredatio-
ne. vt. l. cum filium. C. de inoffi. testa. et insti. de exhere. §. mater.
et alio iure testū rūpere non pōt. si vero loquitur in patre vel
eius linea. tunc aut filius qui testatur est in potestate vel emā-
cipatus primo casu aut testat̄ extra castrensia vel quasi et tunc
testū est nullū ipso iure et non est necessaria q̄rela vel contra
tabu. qr testari nō potuit cum esset in ptāte. vt. l. pe. C. qui testa.
face. pos. no. p glo. in. l. i. ff. de inoffi. testa. et l. qui in potestate.
ff. de testa. Aut testat̄ de castrēsibus vel quasi et tunc olim non
poterat eius testū expugnari per ascēdētes. vt. l. i. C. de inoffi.
testa. et insti. de exhe. libe. §. sed si in expeditione que dicunt q̄
etiam hodie expugnari non potest. alibi tꝫ glo. q̄ in castrensi
bus testamētum filij militis querele nō subiacet hodie. sed in
quasi castrēsibus sic. vt. ff. si quis a pa. in rub. alibi glos. dicit q̄
in castrēsi vel quasi etiam hodie non datur querela p̄ont olim
sed agitur cōdictione ex. l. vt parētes habeant suā legitimā.
de sanc. epis. §. presbyteros. vnde sumitur aut. presbyteros. C.
de epis. et cle. Alibi gl. tꝫ q̄ hodie subiacet q̄rele. vt no. in. l. cuꝫ
veterani in prin. ff. de inoffi. testa. et C. ad tertu. aut. testamēto.
Et hoc tꝫ Jaco. de ranē. et videt̄ casus in. §. ad hec quidem. s.
eo. Tu dic q̄ filius in potestate positus laycus si testatur de ca
strēsi vel quasi et p̄terit vel exheredat patrē sine causa qō tunc
testamētum est nullum ipso iure sicut est nullū testamētum filij
pretereuntis vel exheredantis matrē sine causa si autē p̄terit
vel exheredat cū causa et sic licet olim non subiaceret querele tñ
hodie subiacet p. d. §. et hoc quidam et in hoc sto cū opin. glos. l.
24 cuꝫ veterani et Jaco. de ranē. ¶ †Si filius in potestate est cle
ricus qui testatur de quasi castrēsibus acquisitis post clerica-
tum tunc hodie eius testamētū non expugnat̄ p q̄relā nec per
ius dicēdi nullū sed agitur condictione ex. l. vt parēti det̄ legi-
tima. et ita intelligo. §. p̄sbyteros. et hoc est in fauorem clericor.
Sin autē filius qui testatur est emancipatus. et tunc aut pater
est exheredatus aut p̄teritus. si est exheredatus sine causa testa-
mētum est nullum et litera q̄ hic dicit rescisso intelligitur ipso
iure. aut cum cā. et tunc sine dubio proponit querelam. vt. l. i. ff.
de inoffi. testa. aut est p̄teritus. et tunc aut sine cā. aut cum cā. si
sine cā. et tunc est nullum. vt in. d. §. et hec quidē. si vero cum cā.
et tunc ei competat q̄rela an contra ta. fuerūt opiniones. Nam
quidam dicunt q̄ contra tab. tantum. vt. l. j. si quis a pa. fuerit
manu. Alii dicunt q̄ et q̄rela et contra tab. et sic hꝫ duo reme-
dia expugnādi testū. vt. l. pater filiū. ff. de inoffi. testa. Et hec
non est vera qr querela non cōcurrit cū alio remedio. et qr desē-
dētibus contra testamētum parētū nō dat̄ querela et contra ta.
minus dꝫ dari parētibus contra testū descēdētiū. vt. l. nam si
parē. ff. de inoffi. testa. Et io gl. in. d. l. pater fm quosdam dicit
q̄ ibi ponit̄ q̄rela p contra tab. et sic stat in opinione q̄ pater
contra testū filij emancipati solum habeat contra ta. sed ista
opi. non videt̄ vera nam sic intelligēdo. l. illam esset dare intel
lectum extraneū cū sit posita in materia inofficiosi testamēti.
nō in materia cōtra tab. sꝫ. l. habemus q̄. l. dꝫ intelligi fm ma
teriā in qua sita est. vt. l. imperatores. de in diē addic. Et ideo
dic q̄ q̄n p̄teritur pater a filio emancipato quē filius necesse
hꝫ instituere p eo qr filius non habebat descēdētes et tantum
cōtra tab. hꝫ pater. sic intelligit̄. l. j. si quis a pa. fue. ma. Cū p̄
terit̄ ab eo qui nō hꝫ necesse instituere ex eo qr habebat descē-
dētes. sꝫ postea ex aliquo casu descēdētes excluduntur et tunc
pater non pōt intentare cōtra tabu. qr in hoc casu p̄tor noluit
eum admittere ad contra ta. cū habuit descēdētes. et ideo com-
petit sibi q̄rela sic intelligit̄. l. pater. Et hec opi. non est iactat.
et est tunc illa q̄rela irregularis pro eo quia datur patri qui ab
initio ad hereditatē nō debebat admitti sed casu contingenti
25 admitti dꝫ. ¶ †Quero an ista constitutio locū habeat in col-
lateralibus breuiter dic q̄ quo ad modum rūpēdi nō hꝫ locū
nā si est frater maternus nullo modo rūpit etiā personis tur
pibus institutis. vt in. l. si fratris. C. de inoffici. testa. si autē sit
consanguineus tunc sine sit p̄teritus siue exheredatus admit-
tit̄ tantum p querelā psonis turpibus institutis. vt. d. l. si fra-
tris. vltra fratres vero nullus admittit̄ quisquis sit institutus.
26 vt. l. fratris. C. de inoffi. testa. ¶ †Nec ob. quod filij fratrum fra-
tribus exequuntur. vt. s. vt fratrum filij quia illud habet abin-
testato non in successione ex testamēto vel contra testamentum
vt in. d. l. fratris. quo ad conseruationē vero ceterorum habet
locum hec constitutio secundum Bar. Pro quo facit ratio q̄
magis debetur filio patris hereditas q̄ fratris fratri sed vi-
deo q̄ contra filium cetera manēt firma quia debētur legata et
fideicom. per eundem ergo multo magis per fratrem contra-
rium credo quia si recte inspiciantur verba questionis huius
hic non loquitur nisi in preteritione et exheredatione parent-
tum vel filiorum non autem de exheredatione vel preteritione
collateralium. vnde cum de iure sit q̄ ex testamento ex quo nō
aditur hereditas legata non debentur. vt. l. si nemo. de test. tu-
te. nisi p̄teritio sit facta abintestato: vt. l. cum quam de succes-
sio. patꝫ q̄ hoc casu legata debētur: quia est testamēto heredi-
tas non aditur ex quo est ruptum per querelam. Nec ob. si di-
cis q̄ maior est ratio in fratre q̄ in filio qō fateor tamē p̄pter
hoc non inducitur legum correctio. vt in auté. quas actiones.
de sacrosan. eccle. ¶ Uidemus in quibus p̄teritionibus et ex
heredationibus locū habeat hec constitutio. Restat nunc vi-
dere qr hic dicit q̄ institutio vitiat̄ p p̄teritionē vel exhereda-
tionē an hoc locum habeat in institutione ex re certa et vnde
circa hoc dic q̄ quātum ad ea in quibus institutio ex re certa
sapit naturā institutionis vniuersalis vitiat̄ qr institutio certa. vt. l. j. §. si ex fundo. ff. de here. insti. sed in his in quibus nō
sapit naturam vniuersalis vel quando nullo modo sapit. tūc
non vitiatur q̄ loco legati est vt. l. quoties. de here. insti. vnde
27 sicut legata conseruantur ita talis institutio. ¶ †Sed quero
an vitietur substitutio sicut institutio: videtur q̄ sic. quia om-
nis substitutio est conditionalis. l. institutio vel substitutio.
de acqui. re. domi. de caduc. tol. §. itaqꝫ sed institutio vitiatur
ergo et c. Ueritas est quia aut substitutio est directa aut obli-
qua. si directa tūc aut per eā succedit̄ testōri vt ē i vulgari. vt. l. j.
ff. de vulg.

ff.de vulga.et papil.et tunc ista irritatur quia nisi irritaretur filius non admitteretur ad hereditatem parentis abintestato et falsis accusatoribus dānaretur quod est contra mentem huius litere que vocat filium abintestato aut per eam substitutionem non succeditur testatori sed alius exemplum in pupillari et exemplaris tunc ista institutio non vitiatur sed confirmatur quia per hanc substitutionem impeditur successio filio preterito vel exheredato.et hoc videt innuere glo.in.l.nam quod.§.si quis compulsus ad treb.hoc tenet glos.in.l.ii.de vulg.et pupil.sed Dyn.tenet ibi contra et assignat rationem quia pupillaris vel exemplaris substitutio non hz locū nisi ex testamento patris adeat hereditas sed hic non pōt adiri hereditas ex quo testū irritatur ergo etc.dicens q̄ per hanc constitutionē non conservantur nisi ea tantum que possunt abintestato relinqui sed pupillaris et exemplaris non possunt abintestato habere locum.vt.l.i.§.ff.de vulga.et pup.ergo etc.ista ratio non est bona.nam tutela non potest abintestato relinqui.vt.l.i.de testa.tute.tamen per hanc constitutionem conservatur vt hic litera dicit expresse.Nec ob.q̄ pupillaris substitutio non habeat locum nisi adeatur hereditas ex testamento paterno q̄ istud est regulare.Sed fallit vbi testamentum rūpitur ex causa preteritionis vel exheredationis quia tunc cōservatur per hanc constitutionem.Substitutio autem obliqua et fideicommissaria etiam conservantur.vt no.glo.in.l.ita tamen.§.quoties.ff.ad trebel.hoc tenet Ja.de are.in.l.ita tū.§.quia suspectam.eo.ti.Et est ratio q̄z per hanc constitutionem non impeditur filius preteritus succedere imo succedit abintestato et hereditatem cum onere habebit nam restituet eam fideicommis-
28 sario quarta retenta.¶ †Sed nunc incidenter quero video q̄ fideicommissaria substitutio conservatur pone quod testator instituit titium et rogavit eum de restituendo hereditatem seio si decesserit sine liberis filium vero preteriuit.Modo filius vocatur ad hereditatem abintestato cum onere fideicom-
29 missarij.¶ †Quero igitur an sit necesse quod titius institutus decedat sine filijs vt seio restituatur hereditas an vero est necesse q̄ filius preteritus sine filijs decedat:videt quod debeat expectari q̄ filius decedat sine liberis naz video q̄ legatarius vsufruc.si restituit vsumfructum alij morte fideicommissarij perit vsusfructus nō primi legatarij.vt.l.si quis vsumfructum.ff.de vsufru.leg.sic igitur in proposito ex quo filius possidet hereditatem debet in eius persona existere conditio non in persona primi instituti.Contrarium est verum nam illa conditio coheret persone ergo non est recedendum a persona.vt.l.sed cum in fundo.§.si mulier.de iure dot.et.l.ex parte.de acquiren.heredi.Pro hoc est casus.in.l.peculium.§.titium.de lega.ij.Non obst.l.si quis vsumfructū.quia per restitutionem vsufructus apparet fideicommissarium esse vsufructuarium.merito mors fideicommissarij expectatur quia natura vsusfructus est vt morte vsufructuarij finiatur insti.de vsufructu.§.finitur.sed in questione nostra persona cui apposita est conditio nul-
30 lo modo mutatur ergo etc.¶ †Viso quid impugnetur per preteritionem vel exheredationem videamus quid conservetur per hanc constitutionem certe responsio patet ex predictis nā conservantur legata et fideicommissaria pupillaris substitutio et exemplaris et omnis substitutio directa per quam succeditur alij q̄ testatori.Item fideicommissaria.Item institutio ex certa re in eo quod sapit naturam legati.Item tutele datio.Item libertatis concessio.Item executoris datio et modi vel conditionis adiectio.et hoc patet ex verbo ceterorum ex generalitate litere dicentis et alia capitula.l.nō improbata firma manere sed executoris datio et modi et conditionis adiectio non
31 sunt improbata ergo firma permanent.¶ †Tunc quero an legata relicta filio preterito conserventur per hanc autenticā.videtur quod non quia nos debet quis premiū ex illo habere quod nisus est improbare.vt in regu.iur.Contrarium est ve-
32 rum.et ita tenet Dy.in.l.codicillis.§.lucius.de leg.ij.¶ †Sed tunc quero testator filium preteriuit titium heredem instituit et adiecit clausulam si non valet iure testamenti etc.an titius institutus poterit a filio preterito vigore huius repetitionis ab intestato petere quod sibi restituatur hereditas quarta retenta.Glo.in auten.ex causa dicit q̄ non quia ista clausula nihil operatur nisi cum testamentum non valet ratione solēnitatis omisse.Dy.reprehendit illam glo.in.d.l.codicillos.§.lucius.de lega.ij.quia imo ista clausula operatur.Tu dic quod aut ratione preteritionis vel exheredationis testamentum est nullū ipso iure vt quia preteritus filius iam natus est in potestate.Et verum dicit Dy.quia verificatur illa clausula.si autem testamentum est nullum ipso iure a principio vt quia fuit preteritus posthumus a sciente.et tunc verum dicit glos.quia testator vsus fuit verbis presentis temporis si nō valet vnde reperitur deficere conditio illa tempore mortis quia testamentum valet et ideo repetitio illa non porrigit ad casum in quo postea irritatur.vt.l.i.de iure codicillo.Si vero testator dixisset si non valet vel valebit tunc est vera opi.Dyn.indistincte scilicet quod filius vigore repetitionis teneatur restituere instituto hereditatem.

¶ Ut liceat matri et avie. Rubrica.

1 Posito in potestate qualiter relinquendum.
2 Mater an possit relinquere filio vt patri non queratur vsusfructus.
3 Mulier quātumcunq̄ maritata potest relinqui in testamēto executrix testamenti.
4 Executor qui relinquitur in testamēto an cogatur acceptare.
5 Tutor in testamento relictus an possit renunciare vel repudiare tutelam sine legitima excusatione.
6 Commissio gubernationis bonorum alicuius mortui an transeat ad heredes.
7 Curator datus bonis tenetur fideiussorem prestare.
8 Patri non queritur vsusfructus relictorum filio sub cōditione ne aliquid patri queratur.
9 Nuptie possunt consistere tempore quo verba proferuntur.
10 Fratres si sint plures ex eodem patre nati quorum vnus per sententiam sit pronunciatus civis:an per istam sententiam intelligantur omnes cives.
11 Principes faciunt legem contra barbaros.
12 Matrimonium si sine dote fuerit:eo dissoluto morte viri vel culpa eius:vxor quartam partem bonorum viri lucrabitur.Et qualiter detrahenda quarta.13.
14 Textus dicens:dico vt dixi in articulo priori et duo sunt articuli precedentes istum:ad quam referendum sit eius dictum.
15 Matrimonium quando dissolvitur divortio filij penes quem sint alendi.
16 Casus in quibus vir potest mittere vxori repudium.
17 Maritus non potest accusare vxorem de adulterio iure mariti nisi se subscribat.
18 Maritus vxorem acerbe et sine causa cedens:dissolvit matrimonium.
19 Suspicans aliquem ne vxorem suam adulteret:qualiter ei cōminabitur.Et quid de filia et nepte.23.
20 Malefactorem quis capere potest autoritate propria vt iudici tradat.
21 Damnari an quis possit ex suspitione.
22 Adulterium licitum est occidere.
24 Iudex potest per inquisitionem cognoscere de crimine commisso extra territorium.
25 Existens in ecclesia non potest extrahi pro crimine commisso extra ecclesiam.

Diversis.¶ Parentes relicta descēdētibus eorum legitima portiōe residuum possunt relinquere et donare eorū arbitrio qbus voluerint etiaz in potestate constitutis et apponere conditionē vt eorum partibus nullū participiū acquirat de quibus bonis tūc filij lz in potestate cōstituti si sunt maiores etate possunt disponere pro eorū libito voluntatis.sed si minores ille gubernabit quem testator vel donator disposuit etiā si in gubernatiōe mulier sit electa copulata marito duntamen gubernare velit nā invita non cogit.si vero nullus per testatorem vel donatorē fuerit in gubernatione electus.et electus noluerit acceptare vel decesserit tunc curator dādus erit illis bonis prestita satisdatione idonea qui ea administret quousq̄ talis in potestate venire ad etatem perfectam.h.d.vsq̄ ad.§.ad hec autem.Et hinc sumpta
1 est aut.excipitur.C.de bon.libe.¶ †Ibi neq̄ quolibet habeāt participium.no.quod licitum est relinquere in potestate posito hac conditione vt patri nullum participium acquiratur.
2 vt.l.imperator.ad trebel.de here.insti.l.quidam.¶ †Sed tūc quero nunquid legitimam portionem mater possit relinquere filio vt patri non queratur vsusfructus.videtur quod nō quia eam filius debet habere sine omni gravamine.¶ Contrarium glos.determinat hic quam diligenter not.Assignat causam quia per hanc conditionem filius non gravatur imo honoratur.quia habet vsumfructum et proprietatem vbi alias solam proprietatem haberet patre vivente.¶ Ibi quo volunt modo disponere dummodo non testetur.vt.l.tam in.§.i.ff.de dona.cā mor.ad trebel.l.qui filij.ff.de test.l.que in potestate.et est ratio q̄z de solis castrēsibus vel quasi filius potest testari.vt.l.i.C.qui testa.fa.pos.sed hic bona non sunt castrensia vel quasi

2 lʒ partis vsusfructus nõ fit. ¶ †Ibi matris innete. not. hic casum ꝙ mulier quãtumcunq; maritata potest relinqui in testa-
3 mẽto executrix testamenti. ¶ †Secundo no. ex hoc versi. qḋ
4 illi qui relinquitur executor in testamento non cogitur acce-
5 ptare. vt hic. ⁊ in ver. prox. ¶ †Ibi huiusmodi gubernationem subire nota nam quilibet tutor in testamẽto relictus nisi habeat iustam excusationem non possit renũciare sine repudiare tutelam sine legitima excusatione. Ille qui relinquitur in testamento executor vel gubernator absq; causa pro sua voluntate repudiare poterit. Item ex hoc text. patet quod si dono vel relinquo minori aliquid quod ego possim tūdem ordinare gubernatorem istorum bonorum ⁊ nullus alius gubernare ista bona possit nisi electus per me. Et si minor sit positus in potestate ⁊ electus in gubernatorem acceptare noluerit dabi-
6 tur tunc curator bonis per hanc literam. ¶ †Ibi aut moriatur no. quod commissio gubernationis bonorum alicuius mortui extinguitur nec transit ad heredes. de hoc no. in. l. pe. ff. de
7 legi. tu. ¶ †Ibi fideiussione no. ꝙ curator datus bonis tenetur fideiussorem prestare. facit. l. fi. §. sinautem. C. de cur. furio. ⁊ etiam tenetur facere inuentariũ. vt. l. i. de cura. bo. dan.
8 ¶ †Ibi illis enim casibus. no. ꝙ patri non queritur vsusfructus rel etorum filio sub conditione ne patri aliquid queratur. vt hic ⁊ in auten. excipitur. C. de bo. que libe. sunt autem ⁊ alij casus in quibus patri nõ queritur vsusfructus. vt hic not. in gl. ⁊ in. d. aut. excipitur.

1 ¶ Executrix testamẽti. Circa ꝙ vide. l. a filio in prin. ff. de ali. ⁊ cib. leg. ⁊ qḋ no. Doc. C. de epi. ⁊ cle. in. l. id ꝙ pauperibus. q. pe. ⁊ ibi vide olmo bal. ⁊ vide Jo. de pla. in. l. feminis de peu. ⁊ Lan. in tract. de arbi. pte si. in prin. ⁊ spe. ti. de instr. edi. §. nũc vero aliqua. ver. q̃ in muliere.

Ad hec. ¶ Habens filium aut filiam de libera muliere cum qua nuptie cõsistere potuerunt si eum filium appellauerit non adijciendo naturalem in instrumento publico vel priuato sua manu scripto ⁊ trium testium subscriptionem habente vel in testamento aut etiam in figura iudicij ex hoc filius est legitimus ⁊ iura legitimorum consequitur non solum sic nominatus sed eius fratres ex illa matre nati. Item si sunt plures fratres consanguinei tantum ad hereditatem eorum patris omnes simul vocantur licet quidã eorum habuerint matrem dotatam quidem indotatam. hoc
9 dicit vsq; ad. §. quia vero legem. ¶ †Ibi nuptie consistere possunt. nota ꝙ dici possunt. ⁊ sic est necesse quod tempore quo verba proferuntur nuptie possunt constare. vnde si illo tempore mulier esset mortua aut etiam furiosa vel aliter impediretur posse cum ea contrahi matrimonium non induceretur per hec verba legitimatio filiorum quoniam tunc matrimonium contrahi non poterat ⁊ idem si contrahi poterat sed nõ honeste vt quia mulier erat vilis conditionis ⁊ homo honeste vite ex quo honeste fieri nõ poterat. Et idẽ consuluit Bar. ⁊ Francis. de pisa ⁊ do. Angel. de aurelia ⁊ dñs Hug. Item hoc est verum quod per ista verba inducitur legitimatio filiorum quãdo inter proferentẽ ⁊ mulierem contrahi possunt nuptie legitime sine dotalibus instrumẽtis alias autẽ secus esset quia deficeret solẽnitas que ad nuptias requirit. l. instrumẽtũ
10 dotale. vt. l. §. prox. de hoc. §. quib. mo. natu. effi. legi. ¶ †Ibi testimonium vni datum not. ex hac litera potest colligi optimum arg. ꝙ si sint plures fratres ex eodem patre nati quorum vnus per sententiam sit pronunciatus ciuis Perusinus ꝙ per istam sententiam intelligũtur omnes fratres ciues Perusini. ⁊ hec sententia pro eis facit testimonium.

Quia vero. Maximis dignitatib⁹ decoratiq; ad illustres inclusiue ⁊ exclusiue sine dotalibus instrumentis nuptias non possunt contrahere exceptis barbaris. Inferiores autem cum dotalibus instrumentis ⁊ sine nuptias contrahere possunt. hoc dicit vsq; ad. §. quia vero. Hinc sumpta est auf. marie decorati. C. de nup. In duobus autem casibus ⁊ in inferioribus requiruntur dotalia instrumenta non quo ad hoc vt cõsistat matrimoniũ sed quantum ad hoc vt filij ante matrimonium nati legitimentur ⁊ ita tenet hic glos. in versi. iubemus. ⁊ in. d. auten. maximis. ⁊ inter alios casus no. de eo qui per matrimoniũ vult legitimare filios sibi natos ex muliere senica aut etiam meretrice qz nõ potest nisi dotalia instrumenta sequãtur. In barbaris sibi decorati. no. gẽtes barbaricas esse maximis dignitatibus decoratas. tamen licet sint decorate inter viles homines nominãtur.
11 ¶ †No. secũdo ꝙ principes faciunt legẽ cõtra barbaros. Ratio est quia filij barbari erãt ei subiecti. vt hic not. in gl. de quo per glo. ⁊ Ja. de are. ⁊ Lambertũ de salinis de verona in. l. j. C. de sum. tri. ⁊ fide catho.

Quia vero. Ex isto. §. sumpta est auf. preterea. C. vnde vir ⁊ vxor. ex. §. si quis enĩ. §. de nupt. ⁊. §. vltimo. §. de exhib. reis. ⁊ etiam corrigit. d. §. si quis in vna eius particula vt ex summario patebit ⁊ breuiter. h. d.
12 ¶ †Si matrimonium sine dote fuerit eo dissoluto morte viri vel culpa eius vxor quartã partem bonorum viri lucrabitur si tres filij vel pauciores ex viro superfint. si vero plures superfint in viriles succedẽt vna cum eis nõ tamen habebit quarte dominiũ si ex viro ⁊ ea supsint filij. sed si ex alia vxore esse etiam dño potietur ⁊ filij ex eo nati sunt legitimi. Vir vero quartam partem bonorũ vxoris matrimonio dissoluto culpa vxoris nullo modo lucratur. Itẽ maximis dignitatibus decorati possunt mulieres liberas in vxores ducere confectis dotalibus instrumẽtis nõ vero sine ipsorũ confectiõe. h. d. vsq; ad. §. illud quoq;. ¶ Et scias ad euidentiã ꝙ primo positus fuit. §. si quis enim. §. de nup. qui disponebat qḋ matrimonio dissoluto culpa viri vxor lucrabitur quartã partẽ bonorũ suorũ dummodo illa quarta nõ excluderet centũ libras auri ⁊ illã quartã vxor habebat pleno iure quotcũq; filij ex matrimonio superessent ⁊ hoc quãdo matrimoniũ fuit sine dote contractum ⁊ econtra si matrimoniũ dissoluebatur culpa vxoris vir lucrabatur quartam partẽ bonorum ipsius postea superuenit. §. iste qui disposuit ꝙ quãdo matrimonium est sine dote ⁊ dissoluitur culpa viri ꝙ vxor lucretur quartam partem ita demum si sunt tres filij vel pauciores sed si essent quatuor vel vltra voluit eã in virilẽ vocari. ⁊ hec est vna limitatio ad illũ. §. ¶ Itẽ disposuit ꝙ illius quarte pprietas ita demũ si filij cões ex ea ⁊ viro nõ superfuissent vbi aũt supsunt hz tantũ vsumfructũ pprietas vero filijs cõibus reseruaᵗ. ⁊ sic est scda limitatio ad illũ. §. ¶ Itẽ disposuit ꝙ lz matrimonium dissoluatur culpa mulieris tñ vir nõ lucratur quartã partẽ bonorum mulieris ⁊ sic in hoc hic. §. corrigit illum. §. qui dicebat cõtrariũ postea superuenit cõstitutio. §. vt fratrũ filij. §. fin. que corrigit in hoc istũ. §. ⁊ redit ad. §. si quis. §. ꝙ vir ita lucraᵗ ab vxore sicut vxor a viro. alia fuit cõstitutio §. de exhibẽ. reis. §. si. ex qua sumptũ fuit principium autentice preterea. C. vñ vir ⁊ vxor que disposuit ꝙ si matrimoniũ fuerat sine dote ⁊ coniunx in matrimonio pdecesserit ⁊ fuerit locuples ⁊ alius cõiunx supstes laborat inopia ꝙ superstes vocatur ad quartã hereditatis premortui in qua quarte cõputabitur legatũ quã quartã superstes dz habere quo ad proprietatẽ ⁊ vsumfructũ quotcũq; filij supsunt. Iste. §. supuenit ⁊ li-
13 mitauit illũ. §. quo ad duo. ¶ †Primũ quo ad hec. ⁊ tunc haberent quartam qñ essent tres filij vel pauciores sz si essent plures succederent in virili. ¶ Secũdũ quo ad hoc vt tũc demũ proprietatem habeat cum filij communes non superessent sed
14 si superfunt tunc deberet eis proprietas reseruari. ¶ †In glo. que incipit quero ibi fin hanc priorem no. bonam glo. pro teste qui dixit dico vt dixi in articulo priori. ⁊ duo sunt articuli precedentes istum in quorum vno deponit de veritate in secũdo de fama. Vel in quorum vno deponit se aliquid scire ⁊ in secundo dixit se nihil scire. nam refertur istud dictum ad dictum in priori articulo in ordine vt in. l. hac litera dicitur ꝙ vir non succedit in quarta secundũ priorẽ constitutionem cũ due constitutiones precesserint vna est de nuptijs. §. si quis que prima est in ordine. alia. §. de exhibẽ. reis. §. quoq; que est posterior illa ⁊ prior ista. Et tñ dicitur quod refertur ad illã de nup. ¶ In eadem gl. ibi sed postea contra hec vera vt not. ibi. per Cy. Bar. ⁊ Angel.

Illud quoq;. Matrimonio dissoluto diuortio filij nõ leduntur sed ad patris hereditatem vocantur ⁊ si culpa viri fuerit matrimonium dissolutum apud vxorem aluntur patris expensis. ⁊ contra si pater est locuples alias mater eos alere cogitur sicut ipsi matrem alere coguntur. tamen descendentes locupletes tenẽtur ale-
15 re ascendentes pauperes ⁊ ita econtra hoc dicit. ¶ †Et no. ex isto. §. quando matrimonium dissoluitur diuortio penes quem filij sunt alendi. nam si soluitur culpa mulieris aluntur penes matres. Idem est vbicunq; filij sunt minores triennio. naz in omni casu ali debent penes matres. vt. l. penul. C. de patria potesta. si autez dissoluitur culpa viri tunc debent ali penes matrem expensis viri. si autem matrimonium non est separatum totum sed tantũm est separatum quo ad thorum ⁊ habitationem sine culpa aliqua alicuius ipsorum vt qr eis sic placuit tũc si filij sint minores triennio aluntur penes matrem vt. d. l. pe. si vero sint maiores aluntur penes patrem locupletem. ⁊ si pater sit inops aluntur penes matrẽ. de quo in. l. j. de alen. a pa. libe. ⁊ de lib. agno. l. si quis a liberis in prin.

16 **Quia vero.** †Ex sex causis hic enumeratis vir põt remittere vxori repudiũ ⁊ ex tribus alijs potest. §. eod. §. predictis. vsq; ad. §. qz vero cõtinent ex quibus dotem maritus lucratur. Preter has autem causas licitum non est dissolui matrimoniũ. hoc dicit vsq; ad. §. causas coniuncto. §. predictis. §. eod. ¶ Hodie vero ex aliqua predictarum causarum non admittitur separatio matrimonij nisi cum coniunctio inter eos non est possibilis propter nature defectum ⁊ hoc est propter dictũ apostoli, dixit enim Adam,

hoc os

hoc os ex ossibus meis est. et caro ex carne mea. propter hoc enim relinquet homo patrē et matrem et adherebit vxori sue. et subiungit hoc autem dico quod in ecclesia dei magnum sacramētum est. et quos deus coniunxit homo non separat. Et predicta habent locum in muliere cognita nam ante potest solui matrimonium si vnus ipsorum vitam monasticaꝫ elegit: postea vero non nisi vterqꝫ ingrederetur monasterium secundum canones.

17 ¶ † In glo. que incipit si accusasset no. istam gloss. que determinat quod hodie maritus non potest accusare vxorem de adulterio iure mariti. nisi se subscribat olim secus erat per. l. quis. C. de adulterijs.

Causas. Ex causis hic insertis pōt mulier viro mittere libellum repudiū non ex alijs. et qua pena punitur vir accusans vxorem de adulterio et non probans hac. l. inseritur. Item qui libellum repudiū miserit quia virum monasticam elegerit et postea nupserit punitur penis hic insertis. h. d. vsqꝫ ad. §. quod autem. et quod hic dicitur de publicatione bonorum in certis casibus hic insertis corrigitur per auth. bona damnatorum.

Quod autem. Ex isto. §. sumpta est auth. hodie quantiscunqꝫ. C. de repu. et ideo summa hunc. §. secundum ter. illius autentice.

Quia vero. ¶ Si mulier circa cās supius enarratas repudium viro miserit dotem vir eius lucratur quo ad vsumfructū extantibus filijs communibus. Ipsis vero non extantibus priuatur dominio et tradi dꝫ mulier per iudicem de causa cognoscentem episcopo ciuitatis in qua vterqꝫ domicilium habet et per ipsum dꝫ in monasterio includi: et due partes sue substantie eius filijs applicantur residuū vero monasterio. Ipsis vero non extantibus monasteriū hꝫ dꝫ duas partes et parētes residuum si supsint nisi tali iniquitati cōsenserint. quia tunc tota eius substātia monasterio applicatur. et idē est si non extant liberi vel parentes. Item iudex negligens penis hic insertis punitur. h. d.

Si autem vir. Si vir vxori repudium illegitime miserit dotem restituit sponsalitie largitatis et tantum vltra quātū facit tertia pars sponsalitie largitatis et cedit lucro vxoris quo ad dominium et vsumfructum liberis non extantibus. ipsis extantibus quo ad vsumfructum.

18 **Si quis autem.** † Si marit⁹ fustibus vel flagellis sine cā vxorem ceciderit a matrimonū solutionē sufficientem ex hoc matrimoniū dissoluitur sed etiā ei cōstante matrimonio dare tenetur quātum est tertia sponsalitie largitatis. h. d. Et not. hunc casum.

19 **His quoqꝫ.** Suspicans de aliquo ne vxorē suaꝫ adulteretur si eidē tres ptestatiōes miserit in scriptis habita subscriptione virorū fidedignorum et postea cum eum inueniet cum ea loquētem in domo adulteri vel in coquina vel in suburbanis pōt impune eum occidere: sed si eū in aliquo loco inuenerit pōt eum iudici tradere vt de negotio cognoscat tribus testibus euocatis per quos locutio possit probari quo probato possit eum condemnare tanquam

20 adulterū. h. d. vsqꝫ ad. §. quia vero ita. ¶ † Illū iudici tradere ex hoc patet quod quia malefactorem capere potest autoritate propria vt iudici tradat. et hoc est ratione recentis criminis quia fuit inuentus in flagranti crimine. adē. §. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem. et de adm. §. j. et. ff. de fur. l. interdū. §. qui furem. alias autem secus nisi in casibus in quibus est licitum se sine iudice vindicare. vt. l. j. et. ij. C. quādo liceat se sine iudic.

21 vindi. ¶ † Et not. ex isto. §. quem damnari ex suspitione et sic damnatur ex presumptione. Regulariter autem secus vt hic

22 no. in ver. punire. ¶ † Itē no. in casu huius. §. licitum est etiā adulterum occidere. et hoc intelligit glos. si adulter erat vilis psona. vt. l. maritus. ff. de adul. et. l. gracchus. C. e. ti. sed contra eum determinat glo. in. d. l. maritus. in casu huius. §. scꝫ. quod licet alias maritus non possit occidere adulterū nisi sit vilis psona: tn̄ vbi emisse sunt tres denunciationes scḋm formā huius §. tunc licituꝫ erit ēt si non sit vilis. et hoc erit speciale in odium contēnentis protestationones. et hoc credo verum.

23 **Quia vero ita.** † Si quis post tres ptestationes eiusmodi vxorē filiā aut neptem aut sponsam inuenerit in loco venerali loquētes cū illo cui protestatio fuit vt eiusmodi licituꝫ est protestanti eos tradere defensori ecclesie aut alijs clericis vt eos diuisos suo periculo custodiat donec iudex eos recipiat et secundum. l. causas iudicet. Predictis tamē probatis absqꝫ alia probatione veniunt vt adul-

24 teri condēnādi. h. d. vsqꝫ ad fi. ¶ † Et per hoc ptꝫ quod de crimine cōmisso extra territoriū iudex pōt per inquisitionē cognoscere. nā litera hic dicit eos puniri tanquam sacrilegos et de sacrilego potest inquiri. vt. l. nā. §. mandatis. ad [illegible] l. pe. et [illegible] etiam litera dicit quod iudex secularis cognoscet et ta[illegible] delictū fu. cōmissum in ecclesia et sic extra territo[illegible] nisi conco[illegible] quia in hoc genus. C. de epis. et cleri. et ita tenuit Cy. in ciuitate Senarum

25 disputando. ¶ † Ultimo not. ter. quod pro maleficio cōmisso extra ecclesiam existens in ecclesia non potest extrahi: vt. l. i. C. de his qui ad eccle. confu. sed pro maleficio cōmisso in ecclesia potest extrahi vt hic.

Collatio nona.

¶ De heredibus ab intestato venientibus. Rubrica.

1 Prodotiens si descendentes reliquerit: preferuntur parētibus agnatis et cognatis.
2 Decedēs si descēdentes non reliquerit sed solum ascendentes si sunt pares in gradu: pariter admittuntur.
3 Auus et proauus et ceteri ascēdētes in quocunqꝫ sint gradu repellunt frates defuncti ex vno latere tantum coniunctos.
4 Filij fratris coniuncti ex vtroqꝫ latere qualiter succedant.
5 Filij fratris hoc tantum habent vt succedant vna cum fratre defuncti.
6 Filius fratris quod obtineat locū fratris in quibus habeat locū.
7 Patrui qualiter alio nomine vocētur.
8 Exclusus a successione alicuius non propter suum delictum sed ex alia causa: sicut ipse excluditur ita et filius dꝫ excludi.
9 Prior ad hereditatem vocatus: prior ad tutelam admittatur.

Plurimas. ¶ † Si moriēs descēdentes reliquerit pferuntur parentibus et agnatis et cognatis ex latere: et filij filiorum succedunt in stirpem non in capita sublata differentia emancipationis et patrie potestatis et agnationis et cognationis et p hoc quod emancipatus admittatur hodie sublatus est titulus de coniungen. cum emanci. lib. qui est de iure pretorio et idem est de iure ciuili. vt no. hic in glo.

2 **Consequens.** ¶ † Si decedēs descēdētes nō reliquerit sed solum ascēdētes si sunt pares in gradu pariter admittātur ita quod omnes ascendentes ex linea materna dimidiam recipiant quotcunqꝫ fuerint et aliam dimidiam ascendētes ex paterna quotcunqꝫ fuerint si vero sunt in gradu dispares proximiores admittuntur exclusis omnibus agnatis et cognatis de latere exceptis fratribus de vtroqꝫ latere coniunctis qui cum parentibus in virilē succedunt et in eorum portionem de dicto casu pater nō habebit vsumfru. ¶ Et no. istum casum quod quotcunqꝫ sunt ex linea materna vocantur in vna portione et ex linea vocantur in alia

3 cum de succedēdo descēdētibus queratur. ¶ † Secundo not. quod auus et proauus et ceteri ascendentes in quocūqꝫ sint gradu repellunt fratres defuncti ex vno latere tantum coniunctos non obstante quod isti ascēdentes sint in tertio gradu vel quarto gradu et fratres in secundo. Et eodē modo isti ascendentes repellunt et excludunt filios fratrum coniunctorum ex vtroqꝫ parēte. vt. j. eo. §. finautē cū fratribus licet hodie sit secus parti. j. vt fratrum filij.

Reliquum. Non existētibus descēdētib⁹ vl ascēdētibus vocātur fratres vtrinqꝫ cōiuncti quibus non existētibus vocantur coniuncti ex vno latere tm̄ et existentibus vtrisqꝫ vocant ex vtroqꝫ latere coniuncti ipsi et ipsorum filij exclusis coniunctis ex vno latere tantum. ¶ Itē filij fratrū vna cum chūs eorum vocantur alij autē ex-

4 cluduntur. h. d. ¶ † No. diligēter ex hoc. §. quod filij fratris coniuncti ex vtroqꝫ latere succedunt suo chto lꝫ sint in tertio gradu et excludunt fratrē carnalē dicti chū ex vno latere coniunctuꝫ lꝫ

5 ille sit in secūdo. ¶ † Secūdo no. quod filij fratris tantum habēt hoc vt succedāt vna cū fratre defuncti. Nepos autē fratris vl ceteri descēdētes hoc nō hn̄t. et hoc ptꝫ ex. ꝟ. ex diuerso vsqꝫ l fi. §.

6 ¶ † Tertio no. quod illud quod dicitur quod filius fratris obtinet locum fratris hꝫ locum cum tractatur de successione chū carnalis tantum non autē cū tractatur de succedēdo alijs trāsuersalibus in vlteriori gradu positis. Et no. hūc casum quia predic

